De boue cap.114.char.39
De oue agno & ueruece c,115.c.30
De capra & ædo cap.116.char.30
De ceruo cap.117.char.30
De urſis cap.118.char.30
De damis cap.119.char.31
De leporib⁹ & cuniculis c.120.c.31
De hiſtrice & ericio c.121.char.31.

LIBER QVINTVS

De auibus eſculẽtis ca.122.char.31
De pauone cap.123.char.31
De anſere & anate.cap.124.cha.32
De grue cap.125.char.32
De ciconis cap.126.char.32
De oloribus cap.127.char.32
De hirundine cap.128.char.32
De meru is turdis & ſturnis cap.129. char.33
De turture cap.130.char.33
De galinis cap.131.char.33
De colombis cap.132.char.33
De ficedulis,& paſſer̃ c.133.cha.34
De coturnice cap.134.char.34
De pdicib⁹,& phaſianis c.135.c.34
Quæ differentia inter animaliũ par tes ſit cap.136.char.34

LIBER SEXTVS

De obſoniis cap.137.char.35
Quomodo coquendæ aues cicu. res & ſiluaticæ. cap.138.char.35
Elixum cap.139.char.35
Aſſum cap.140.char.36
Piperatum ex ſiluaticis c.141.c.36
Ius laridarium cap.142.char.36
Cibariũ ex ſiluaticis c.143.char.36
Paſtill⁹ ex ſiluaticis ca.144.cha.36
Paſtilius ex cicurib⁹ c.145.cha.37
Cruſta ex cicuribus ca.146.cha.37
Frictũ ex Quauis carne c.147.c.37
Paſtillus in olla cap.148.char.37
Mirauſe catellonicũ c.149 cha.37
Vt pauo coct⁹ uiuus uideri poſſit cap 150. char.38
In porcello aſſo cap.151.char.38
Pullus in acreſta cap.152.char.38
Pullus aſſus cap.153.char.38
In pulpã uitulinã cap.154.char.38
In pulpã Romanã cap.155.char.38
Eſicium ex pulpa cap.156.char.39
Eſicium ex iecore cap.157.cha.39
Farcimina cap.158.char.39
Lucanicæ cap.159.char.39
Gelu in Patina cap.160.char.39
Hædus in allio cap.161.char.39
Pulmẽtariũ in carbõe c.162.cha.39
In ioſculis cap.163.char.40
Succida i carnẽ cap.164.char.40
In turdo cap.165.char.40
In uitulinũ caput ca.166.char.40
In cerebrũ uitulinũ ca.167.cha.40
In ficedulas cap.168 char.40
Patia catellõica i pdices c.169.40
Liquamen cap.170.char.40
In uẽtriculũ uitulinũ c.171.cha.40
Perna. cap.172.char.40
Sumen ſex lingua cap.173.char.41
In paſtillũ Gallinaceũ ca.174.c.41
In pipionẽ ex oſſatũ ca.175.cha.41
Ex ollo pipiõe duo ſiũt ca.176.c.41
Cibaria alba cap.177.char.41
Cibariũ albũ catellõicũ c.178.c.41
Ius conſumptum cap.179.cha.41
Iuſculum croceũ cap.180.char.42

Iuſculum album cap.181.char.42
Iuſculum uiride cap 182.char.42
Cibariũ, qđ uulgo zãzerellas uocãt cap.183. char.42
Cibarium uiride cap.184.char.42
Cibariũ in bolis cap.185.char.42
Cibarium album cap.186.char.42

LIBER SEPTIMVS

De ordeo cap.187.char.42
De farre cap.188.char.43
De hamilo cap.189.char.43
De ſimula cap.190.char.43
De halica cap.191.char.43
De riſo cap.192.char.43
De pannico cap.193.char.43
De millio cap.194.char.43
De faba cap.195.char.43
De cicere cap.196.char.43
De cicercula cap.197.char.43
De piſo cap.198.char.43
De phaſeolo cap.199.char.44
De lente cap.200.char.44
De uitia & eruo cap.201.char.44
De lupino cap.202.char.44
De canabi cap.203.char.44
De ſambuco cap.204.char.44
De cucurbita cap.205.char.44
De atriplice cap.206.char.44
De rapo cap.207.char.45
De napis cap.208.char.45
De blito & bleta cap.209.char.45
De braſſica cap.210.char.45
De farre in iure cap.211.char.46
Riſum i quouis iure ca.212.cha.46
Milium in patina ca.212.char.46
Cibariũ ex pane tricto ca.213.c.46
Q đ uerzuſũ uocãt ca.214.ch.46
Puls fabaciã ex faba fracta cap.215. char.49
Faba in frixorio cap.216.char.46
Cibarium ex piſo cap.217.char.46
Cibariũ ex Carne cap.218.cha.46
Cibariũ ex iteſtinis ca.219.cha.46
Cibariũ ex iteſtinis trutæ c.220.46
Oua trutæ condita, ut piſa credanẽ. cap.221. char.47
Cibaria ex latuca ca.222.char.47
Cibariũ ex malo roſeo c.222.c.47
De ſimila cap.223.char.47
Patina ex rapis cap.224.char.47
Patina ex feniculis ca.225. cha.47
Eſitiũ romanicũ cap.226.char.47
Eſiciũ fumẽtinũ cap.227.char.47
Cibarium ex radice petroſelini cap.228. char.47
Cucurbita fricta cap.229.char.47
Cibariũ ex catoneis c.230.cha.47
Faba fracta cap.231.char.47
Cibariũ canabinũ ca.232.char.48
Eſitium ex carne cap.233.char.48
Eſitium ficulũ cap.234.char.48
In uermiculos cap.235.char.48
Minutal herbaceũ ca.236.char.48
Riſum i amygdalis ca.237.char.48
Ferculũ amygdalinũ c.238.ch.48
Eſitiũ ex pelle capoꝝ ca.239.ch.49

Ius in cicere erubeo ca.240.ch.49
Ius in pane cap.241.char.49
Ius in cucurbita cap.242.char.49
Lac in cucurbita cap.243.char.49
Carabazũ catellõicũ c.244.c.49
Ius i faba recẽti cap.245.char.49.
Verzuſũ i ieiunio ca.246, char.49
Leucophago i ieiunio c.247.c.49
Piſa in ieiunio cap.248.char.50
Minutal cap.249.char,50.
Minutal cap.250.char.50.
In canabin cap.251.char.50
In braſſica romanẽſẽ ca.252.ch.50
Cibariũ croceũ cap.253.char.50
In florẽ ſambuci cap,254.char.50
In zãzarellas albas ca.255.cha.50
Leucophagũ catellõicũ c.256.c.50

LIBER OCTAVVS

De condimẽtis quæ uulgo ſapores uocant cap.257.char.51
Condimẽtũ albũ cap.258.char.51
Cõdimẽtũ camellinũ ca.259.ch.51
Moretũ quo ſapa uocat.c.260.c.51
Tucetũ ex prunis ſiccis c.261.c.51
Moretũ uiride cap.262.char,51
Moretũ pſianũ cap.263 char.51
Moretũ Geniſtinũ cap.264.cha.51
Moretũ ut uua cap.265.char.52
Moretũ ex moris cap.266.ch.52
Moretum ex ceraſis aut merendis cap.267. char.52
De ſinapi cap.268.char.52
Sinapium cap.269.char.52
Sinapiũ rubeum cap.270.char.52
Sinapiũ infruſta cap,271.char.52
Moretum celeſtinum in æſtate. cap.272. char.52
Piperatum croceum in piſces, cap.273. char.52
Aliatũ coloratius cap.275.char.52
Acreſta uiridis cap,276.char.53
Moretũ pãpinaciũ quod ſalſum uocant cap.277.char.53
Acreſta cũ feniculis cap.278.ch.53
Sapor roſelinus cap.279.char.53
Moretũ ex cornis cap.280.char.53
Pulmẽtum in torta. cap.281.ch.53
Torta alba cap.282.char.53
Torta bononienſis ca.283.char.53
Herbaceũ maiale cap.284.char.53
Torta cucurbitina ca.285.char.54
Rapũ piꝑcotõea i torta c.286.c.54
Polenta ſiue ut uulgo miliaceum cap.287. char.54
Torta ſambucea cap.288.char.54
Torta ex capreolis uitiũ c.289 c.54
Torta ex riſo cap.290.char.54
Torta ex farre cap.291.char.54
Arctocleas cap.292 char.55
Torta ex caſtaneis ca.293.char.55
Torta comunis cap.294.char.55
Torta ex millio cap.295.char.55
Torta ex merẽdis cap.296.char.55
Torta ex cãmaris ieiunii c.297.c.55
Torta ex anguillis cap.298.char.55
Torta ex dactylis cap.299.char.55

Torta ex alba cap.300.char.56
Torta ex cicere rubeo c.301.ch.56
Tortapādodapa cap.302.char.56
Torta in iure cap.303.char.56
Torta q̄ marzapanem uocant cap.304. char.56
Paſtilli quos caniſſones uocant cap.305. char.56
Offella cap.306.char.57
Anguilla in torta cap.307.char.57
Piſcis in paſtillo cap.308.char.57
Cotonea in paſtillo ca.309.char.57
Concretum amygdalinum ieiunio cap.310. char.57
Recocta ficta. cap.311.char.57
Butyrum fictum cap.312.char.57
Offa canabina cap.313.char.57
Diriola cap.314.char.57
Diriola in ieiunio cap.315.char.57
Caſeus frictus cap.316.char.58
Rapum armatū cap.317.char.58
Offa inaurata cap.318.char.58
LIBER NONVS
De offellis quas ul' fritellas licet appellant cap.319.char.58
Fritelle ex ſambuco ca.320 char.58
Fritella ex albamēto ouoꝶ polie & caſeo recendi cap.321.char.58
Fritella ex cū creto lacte c.322.c.58
Fritella ex riſo cap.323.char.59
Eritella ex ſaluia cap.324.char.59
Fritella ex pomis cap.325.char.59
Frictællæ ex lauro cap.326.char.59
Frictellæ amygdaline ca.327.ch.59
Frictellæ ex ſambuco in ieiunio cap.328. char.59
Frictelle amare cap.329.char.59
Frictællæ ex riſo cap.330.char.59
Frictellæ ex pomis cap.331.char.59
Frictella ex ficis cap.332.char.59
Frictellæ ex piſcibus ca.333.char59
Frictellæ ex formā piſcis c.334.c.59
Mixta hæc in frictellas rediges cap.335. char.60
Frictællæ uentoſe cap.336.char.60
Paſtinacæ frictæ cap.337.char.60
Oua quouiſmō cocta, ac d agitatis & cōfractis prio cap.338.ch.60
Oua frictella cap.339.char.60
Ouo elixa cap.340.char.60
Oua fracta cap.341.char.60
Oua in craticula cap.342.char.61
Oua in ueru cap.343.char.61
Oua in fricta florentinorum ore cap.344. char.61
Oua fricta cap.345.char.61
Oua in paſtilli more cap.346.ch.61
De boletis & fungis cap.347.ch.61
De Tuberibus cap.348.char.62
De coleis cap.349.char.62
De teſtudine cap.350.char.62
De ranis cap.351.char.62
LIBER DECIMVS
De coquēdi piſcibus c.352.ch.63
De thymno cap.353.char.63
De mulo cap.354.char.63

De anguillis cap.355.char.63
De murena cap.356.char.64
De echino cap.357.char.64
De ſepia cap.358.char.64
De loligine cap.359.char.64
De polypo cap.360.char.64
De conchis cap.361.char.64
De locuſtis cap.362.char.64
De cancris cap.363.char.65
De conchis cap.364.char.65
De purpura & murice c.365.c.65
De oſtreis 366.char.66
De orata cap.367.char.66
De accipenſere cap.368.char.66
De ſcauro cap.369.char.66
De lupo cap.370.char.66
De ſiluro cap.371.char.66
De rombo cap.372.char.66
De ſtirione cap.373.char.67
Conditum quod cauiar e uocant cap.374. char.67
Lumbrina cap.375.char.67
Dentale cap.376.char.67
Varrolus cap.377.char.67
Coruus cap.378.char.67
Solea cap.379.char.67
Palmita cap.380.char.67
Frauolinus cap.381.char.67
Trillia cap.382.char.67
Salpa cap.383.char.68
Scorpion cap.384.char.68
Cephalus cap.385.char.68
Paſſer cap.386.char.68
Cammari marini cap.387.ch.68
Cæpe cap.388.char.68
Merlucius cap.389.char.68
Lucius fluuialis cap.390.char.68
Trutæ cap.391.char.68
Thincha cap.392.char.68
Piſcis perſicinus cap.393.char.68
Lampreda cap.394.char.69
Barbuli cap.395.char.69
Temulus cap.396.char.69
Congrum cap.397.char.69
Leo marinus cap.398.char.69
Scarde cap.399.char.69
Carpani cap.400.char.69
Salmoni cap.401.char.69
Laſche cap.402.char.69
Lacteolini cap.403.char.69
Rouillioncs cap.404.char.69
Acicula cap.405.char.70
Turdus marinus. cap.406.ch.70
Agni cap.407.char.70
Sardelle cap.408 char.70
Polypos cap.409.char.70
Cancri cap.410.char.70
Carpiones cap.411.char.70
Calamari cap.412.char.70
Piſces in gelu cap.413.char.70
Oua tarica cap.414.char.70
Quid ſit edendum in tertia menſa cap.415. char.70
De uino cap.416.char.71
De edandis perturb ationibus. cap.417. char.7

¶PLATYNAE DE HONESTA VOLVPTATE,ET VALITVDINE AD AMPLISSIMVM AC DOCTISSIMVM .D.B. ROVERELLAM .S. CLEMENTIS PRESBYTERVM CARDINALEM.

¶LIBER PRIMVS.

ERrabunt & quidem uehementer Ampliſſime Pater.B.Rouerella,Qui hanc noſtram ſuſceptionem nequaq̃ dignam, quæ tuo nomini aſcriberetur, putarint, quod & uoluptatis & ualitudinis titulum præſeferat.Verum cũ mihi atq; omnibus eruditis ſpectata ſit ingenii tui uis,& acumen morum, & honeſtiſſimæ uitæ conſtantia, doctrinæ ac eruditionis magnitudo,malui te uigiliarũ mearum patronum ac iudicem(ſi quid peruerſe ſcriptum ineſt) facere, quã alium quẽpiam. Inſtabunt acriter maleuoli (ſat ſcio) de uoluptate ad uirum optimum ac cõtinentiſſimum non fuiſſe ſcribendum. Sed dicãt quæſo hi ſtoicidæ,qui elatis ſuperciliis non de ui,ſed de nominum uocibus tantummodo diiudicant, quid mali in ſe habeat conſiderata uoluptas? Eſt enim huius ut ualitudinis uocabulum medium.De uoluptate,quam intemperantes & libidinoſi ex luxu & uarietate ciborum, ex titillatione rerum uenerearum percipiunt, abſit ut Platyna ad uirum ſanctiſſimum ſcribat. De illa uoluptate,quæ ex continentia uictus, & earum rerum, quas humana natura appetit,loquor.Neminem enim adhuc uidi adeo libidinoſum & incontinentem,qui non aliqua tangeretur uoluptate, ſi quando a rebus pluſq̃ ſatis eſt cõcupitis declinauiſſet. Valet apud nos (ut uideo) Ciceronis auctoritas, qui quidem ut Ariſtoteles Platonem,Pythagoram, Zenonem,Democritum,Chryſippum, Parmenidem, Heraclitum, ſic Epicurum ſegetem & materiam eruditionis

adoctrinæ ſuæ facit, quo cum enim tutius congrederetur q̃ cum mortuo Epicuro habuit Cicero. Valebit & apud me Senecę, Lucretii, Laertii auctoritas, qui Epicurum ut uirum ſanctiſſimum atq; optimum miris laudibus extollunt. Dicere autem non decere ſapientem merore confici, cum perturbationis dolorisq; uacatio conſtantes efficiat uoluptates, Quid mali immo quid non boni in ſe habet? Ad fœlicitatem enim uoluptas illa quæ ex honeſta actione oritur, ut medicina ad ſanitatem ægrotantem hominem perducit. Quis eſt præterea tam ſtupidus, tamq; (ut iſti uolunt) a ſenſibus ob ſanctitatem, & tetricam uitam alienus: qui non corpore & animo aliqua profundatur uoluptate? Si & i uictu mediocritatẽ, unde bona ualitudo & in actione integritatem ac conſtantiam, uñde fœlicitas oritur retinuerit? Nõ improbatur hoc nomen a Platone, non ab Ariſtotele, qui ſignate admodum de rebus ipſis locuti ſunt. Fecit Metrodori ac Hieronymi luxus & libido, ut Epicuri uiri optimi ſchola & doctrina uicio daretur. Non ergo quid uir bonus, ſed quid deprauatores ſectæ adidere culpandum erat. deſinant præterea hi rerũ eſtimatores & quaſi trutinã quid indies ab unoquoq; fit librantes carpere, q̃d de ualitudine aut ratione uictus, quam Græci dietam appellant, addendo quædã ad curandas ægrotationes præcepta, de natura rerum & obſonii perſcripſerim. Tantum enim abeſt, ut hoc inſtitutum a uiro ciuili ſit alienũ, ſummorum etiam philoſophorum auctoritate & præcepto, ut quemadmodum in prælio qui ciuem olim, ſic qui in pace multos nunc ciues rationem uictus afferendo ſeruauerit, plures ciuicas merere uideatur. Obſonia mihi obiicient, ut guloſo & edaci, utq; inſtrumenta libidinum & quædam quaſi calcaria intemperantibus & flagitioſis addenti. Vtinam ipſi aut natura aut inſtituto, ut Platyna mediocritate & parſimonia uterentur, nõ uideremus hodie tot popinarios in urbe, tot ganeos, tot gnatones, tot ſcurras, tot adulatores libidinum, & obſtruſarum diligentiſſimos ob edacitatem & auariciã cõquiſitores. Scripſi ego de obſoniis Catonem uirum optimum, Varronẽ omnium doctiſſimum, Columellam & Celium Apitium imitatus, non

quo legentes ad luxum adhortarer,quos certe inter ſcribendū ſemper a uicio deterrui,ſed quo & ciuili uiro ualitudinem,lauticiem uictus potiuſquam luxum quærenti prodeſſem.& poſteris oſtenderem hanc noſtram ætatem ingenia habuiſſe quæ maiores ſi non æquare, imitari ſaltem in quouis genere dicendi auderent. Has ergo ruſticationes meas, quas hac æſtate in ſeceſſu tuſculano apud inclytum & ampliſſimum patrem Franciſcum Gonzagam, non aſpernabere doctiſſime pater ſi boni pluſquam mali in ſe habent, ſiue non ad flagtium quod eſſet de teſtandum, ſed ad ualitudinem & modeſtiam homines te etiam impellente nominis tui auctoritate interpoſita adhortantur.

¶Deligendus Locus ad Habitandum. Cap. I.

EX quattuor elementis,unde animantia quæq; aut mixtim, aut ſeorſum originem traxere, duo ſunt ex quibus & in quibus potiſſimum uiuit homo, terra.ſ.& aer. Ab igne.n. & aqua, quoq; alterum ſupra modum frigidum & humidum eſt,alterum calidum & ſiccum,ita natura ſecludimur,ut habita quantum indiuidua requiruut particula quadam diuitius inter hæc uerſari nequeamns. Familiariora igiť humano generi & quaſi domicilia ſunt terra & aer, in quibus ad ualitudinem & uoluptatem eligendus eſt locus, ne brutis hac in re inferiores eſſe uideamur, quæ ex regionibus ſalubritatē cum iucunditate requirunt. Deligat itaq; homo non inciuilis & ingenii particeps, tum in urbe, tum in agris pro anni tempore locum ſaluberrimum, iucundum amenum, uenuſtum: ubi ædificet, ubi rei ruſticæ operam det, ubi muſis & ingenio uacet, ubi poſtremo quod fieri perfacile a uiro caſtiſſimo & doctiſſimo poteſt cum diis ipſis loquatur. Aeſtate petat loca excelſa, non nebuloſa non uentoſa nimium, ſed puri clari temperatique cæli, ubi domum habeat egregie cameratam, cuius feneſtre Varronis auctoritate ad orientem & ſeptentrionem uergant. Tale enim domicilium ueniente ſole illuſtratur, & quaſi repurgatum omni nocturna labe,cum non ad-

in quo calor ineſt ad appetentiã excitat, & mẽs adiuuãtibus ſenſib⁹ ad cognitiõem rerũ occultarum,& admirabilium celerior & acuti- or redditur. Sed neq; hoc ante cõcoctionem, neq; ieiuno ad modum & famelico corpore faciẽdum eſt. expectãda eſt prima cõcoctio poſt q̃ nil crudũ, nil iane de ſtomacho ꝑtimeſcẽdum eſt, Hoiem cõmode exercẽt ambulatio negociatio, per accliuum aſcenſus, a c deſcenſus. Rei nõ ponderoſæ de loco ad locum portatio. ubi domi ſumus. Sari tio occatio rũcatio inſitio putatio, dũ hortos & pomaria animi gratia colimus. Exercent item ſed concitatius pila, tum maior, tum minor equeſtres ac pedeſtres ludi, gladiatura, ſed indecentius. Præterea cer tare ſaltu, iaculum torquere, arcum intendere, lucta luctari, uenatio- ne defatigari, non alienum ab ingenuo ac ciuili uiro uidetur quãdo pro patria ſi opus fuerit ſtrenue ſumpturi ſunt arma. Fient hæc com- modius ad ualitudinem, & ſubinde ad uoluptatẽ ſub dio cælo & in ſole q̃ ſub tecto aut in umbra. Illæ potiſſimum exercitationes laudan dæ ſunt ut ait Celſus quarum finis plerumq; ſudor eſt aut certe laſſi- tudo, quæ citra fatigationem ſit. Sed hoc maxime attendendum eſt, ut æqualiter omnia membra ſecundum uires exerceantur, nedũ uni parcimus, reliqua nimio labore obruantur. Vt uero ex nimio ocio, ita ex nimia defatigatione periclitatur. Medium igitur quoddam te- nendum eſt ne dolorem cum uoluptate permutemus.

¶De Cœna. Cap. III.

EDato tandem ab omni concitatione corpore cum ueſperi edendum ſit, quo tempore noſtri cœnam facere dicuntur, cum prandio maiores & quidem militantes ante meridi- em uti conſueuerint, cibus quem ſtomachus noſter coquere haud grauate poſſit capiendus eſt. Parcius tamen edendum tum eſt, maxi- me uero biloſis quorum morbi humiditate nocturna urgente cibo etiam augeri non ſine incommodo ſolent. Sumpto cibo ab omni commotione corporea uehementi præſertim & mentis agitatione duabus horis ſuperſedendum eſt, donec ſaltem prima concoctio ſiat.

De ioco & ludo. Cap. IIII.

INterim uero iocis ac ludo minime concitato uacandum, ne ſenſus cogitatione occupati concoctionem impediant Careat iocus quem urbanum,facetum,modeſtum uolo di cacitate,ſcurrilitate,mordacitate.Nolo mimos non proteruiam , nō dicteria,non conuicia,unde ira & indignatio , ac plerūq; magna rixa oritur.Ludus ſit talis,teſſera ſaccho,ut noſtra appellatione utar, chartis uariis imaginibus pictis. Abſit inter ludendum omnis fraus & auaritia,qua illiberalior & deteſtandus fit ludus, nec ullam affert ludenti uoluptatem,cum timor ira , & immenſa habendi cupiditas uariis modis ludētes cruciet.ſi lucubrandum eſt nō poſt cibū id facere,ſed poſt cōcoctionē debemus naturalis.n.calor cōmotōe & agitatiōe mētis a ſtomacho retrahiť,aut ibecilior ad coquēdum redditť.

De ſomno. Cap. V.

VT aūt nimia exercitatio & lōga uigilia uim corporis ꝓſter nunt,concoctionem impediūt.ſpūs uitales debilitant, cerebrum excitant. Sic tēperatus ſomnus, & qui non ex crapula & ebrietate uenit mēbra labore feſſa inſtaurat,calorē ſtomacho ſubminiſtrat,mētē purgat,ac deniq; totū corpus ad honeſtā actiōem ex qua uirtutis habitus cōparať renouat. Vt hyeme cōmodior culcitra plumea eſt,ita lanea uel bōbycina æſtate ſalubrior. A nimio tñ ſōno præcauendū eſt,unde & corpus macreſcit,& ſenſus hebetanť & ſtomachus fluore tētať,& caput ac cerebrū grauať & obtundiť. Ad ſomnū nox mortales inuitat,ꝗ trāquilla,ꝗ obſcura,ꝗ frigida & humida eſt.Nūc cimices plerūq; iterturbāt quos hac rōne facillime tolles.Cucumerē āguinū cōdito i aquā, eāq; i lecticā, & quo uoles ifundito. Vel fel bubulū cū aceto mixtū ſupfundito,nulli naſcenť. Fugabitur itē ex cubiculo pulex ſi aquā ex coriādro circūq; fundes.Meridiari.n.hoc eſt meridie dormire,niſi ſedēdo tantiſp dū fumi aliquātulū euaporent inſalubre eſt & peſtiferū.Caput eni debilitatur, deſtillationes augentur,pituita creſcit,calor naturalis corrūpitur, ſegne omnino deſidioſum marcidum ac languidum corpus efficitur.

¶ Qua ratione cubandum ſit. Cap. VI.

IN faciem dormiat cui ſtomachus imbecillis eſt. Id eni concoctióem adiuuat, nec patitur pituitá cõcreſcere calorem naturalẽ augendo, quo noxii humores excoquũtur. Dormire itẽ primo ſomno in latus dextrũ, deinde in ſiniſtrũ putile eſt. Supinus ne dormiat qui ſanæ mentis eſt, inde.n.pleriq; & graues oriuntur morbi: cum & cerebrũ & neruos & renes fluidus humor inficiat, tali acubitu ꝓprio meatu auerſus. Dormire capite & humeris elatis mire ad ualitudinẽ facit. Noctu uitáda eſt luna præcipue cum dormitur, quia frigidos humores mouet, & reumatiſſimũ pluriſariam generat, maxime uero ſi radii lunares quorum qualitas frigida eſt & humida in caput dormientis deciderint.

¶ De Concubitu. Cap. VII.

COncubitus, quẽ Hippocrates medicorũ princeps diuina uir ſcientia ait partem eſſe quandam comicialis morbi, neq; nimis eſt cõcupiſcendus, neq; omnino poſt habendus, cum ad generationem faciat, qua animantiũ ſpecies conſeruantur. Rarus (ut ait Celſus) corpus excitat, frequens ſoluit, frequẽtem dixit non numero ſed ratione ætatis & corporis. Is eni coitus non inutilis eſt, & ad uoluptatem facit, quem nullus lãgor aut dolor ſequitur. Peior eſt æſtate & autũno, tolerabilior hyme & uere. noctu tutior q̃ interdiu, ſi non hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur.

¶ Quid ſit agendum ubi cubitu ſurrexeris. Cap. VIII.

SI bene cõcoxit expre ctus mane tuto ſurgit. q minus qeſcere in ſtrato debet, & redormire, ſi mane ante tp̃s reſurgẽdi neceſſitas fuit, conqeſcat deinde neq; exercitationi ſe, aut negocio credat. Vt ueſpertinum ita matutinũ frigus ei fugiendũ eſt q ex capite & ſtomacho laborat. Vbi qs ſurrexerit paululũ intermittere debet, deinde capillũ ſurſum uorſum pectere excreádo cõtinuo id pituitæ, quod noctu concepit. Lauare itẽ pedes & caput ante cibũ non inutile benevalenti erit purgamenta corporis, quæ ad extrema expelluntur bene detergendo. Fouere os multa aqua æſtate præci

Quid obſeruandum in uita ad uoluptatem. Cap. X.

SCribere de obſoniis & pulmentis noſtrorum temporum & quibus maxime aula romana ueſcitur deinceps inſtitui, ſi prius pauca attigero quæ ad ualitudinem & uoluptatem hominis faciunt. non enim omnes cibi omnibus conferunt. Sed ut uaria ſunt elementa, uariæ hominum ex humoribus appetentiæ, uarii quoq; guſtus, ſic uarii debent eſſe cibi, ut quod conuenit, quod ſapit, quod nutrit unicuiq; tribuatur. Nemo .n. ne auctore quod faſtidio afficit, quod nocet, qđ cruciat, quod interficit comedet. Pēſitabit quiſq; quid genio ſuo cōueniat, & id cibi eiuſq; generis aſſumet, quod enutrire corpus ſine moleſtia poſſit. Meminerit unuſquiſq; dicti illius ſocratici edendum eſſe ut uiuamus non propterea uiuere ut edamus. Corpus hoc quo ſuſtinetur omnes & uiuimus, ex quatuor humoribus conſtat. Habet enim in ſe ſanguinem, bilem rubeam, q̄ & choleram dicimus. atram bilem, q̄ eandem melancholiam appellabimus. habet etiam phlegma, quæ & pituita latine dicetur. ſanguinis ſedes epar eſt ſiue iecur malis appellare. In præcordiis p̄ſidet bilis rubea at ſiniſtro latere maxime uero in felle domicilium habet atra bilis. Pituita caput & ſtomachum uexat, inde quoq; in ueſſicam & renes cum pernicie hominis deſcendit. Sanguis calidus & humectus ueri comparatur, cholera ſicca & calida æſtati. Melancholia ſicca & frigida autumno. Phlegma frigidum & humidum hyemi. Eadem quoque proportione his humoribus cum elementis, qui & temporibus creſcunt. Augetur ſanguis ab. viii. idus Februarii uſque ad. viii. idus Maii. hanc ob rem bonis cibis & temperatis utendum eſt. Demendum tamen aliquid de cibo eſt addendumq; potoni, bibere cum dilutius conuenit utendum carne & oleribus, tranſeundum paululum ad aſſa ab elixis. Venus eo tempore anni tutiſſima eſt. Surgit cholera ab .viii. idus Maii uſq; ad .viii. idus Auguſti. Vtendum tum frigidis & humidis eſt; laborandum parcius, carne aſſa ut ſæpius ante cibum, ſic exigua utendum eſt. Sit potio q̄ dilutiſſima, & ſitim tollat; nec corpus incen-

dat,uenere tamen omnino abſtinendum. Dominatur melãcholia ab viii.idus Auguſti uſq; ad.viii.idus Nouembris. Acidis tum atq; acribus utendum ac minus elaborãdum. Ab.viii.idus Nouẽbris uſq;.ad viii. idus Februarii phlegma ſiue pituitam mauis appellare uiget. Eſſe plus tum maxime conuenit. Minus ſed meracius bibere, pane plus ſolito uti,carne potius elixa q̃ aſſa,oleribus modice. Eo tempore anni calidis omnibus habita tamen corpoꝝ noſtroꝝ rõne utẽdum eſt Venus tum non æque pernicioſa.Hæc qui diligenter obſeruabit, non me ſed natura ad monente quid proſit, quid contra toto anno facillime deprehendẽs incolumi ſoſpitate uitam cum uoluptate tranſiges,nulla idigebit medicorum opera,& induſtria. Vnum tamẽ omnes ad monuerimus ne nimia edendi cupiditate cibum(ut pleriq; ſolent)minus dentibus contuſum degluttiant. Laboratum ſtomachus in decotione, & crudum cum præcordiorum dolore ructat Molliat igitur & terat diligenter quantum coquere poteſt, hac enim ratione in digerendo quæ tunſa ſunt mirum in modum ſtomachus iuuatur.

¶De Coquo. Cap.XI.

COquum habeat arte & longa experientia doctum, patientem laboris,& qui laudari in ea re maxĩe cupiat. Careat is omni ſqualore & ſpurcitia, cognoſcat appoſite carnium, piſcium, oleum uim atq; naturam, ut quid aſſum,quid elixum,quid frictum fieri debeat deprehendat. Caleat guſtu decernere quæ ſalita nimis,& quæ fatua ſunt. Nouocomenſi noſtra ætate coquorum principi,& a quo obſoniorum conficiendorum rationem accepi ſit oĩo ſi fieri põt p̃ſimilis. Non ſit guloſus & edax,ut Mariſius gallus,ne quod dominum edere oportet,ipſe intercipiat & deuoret.

¶De paranda menſa. Cap.XII.

PRo tempore anni paranda eſt menſa, hyeme locis clauſis, & calidis æſtate frigidis & apertis. Vere in triclinium & menſam ſternantur flores, hyeme fiat ſuffumigatio odoramentorum. Aeſtate ſternatur pauimentum frondibus odoriferarum arborum uitis ac ſalicis,quæ conclaue recertent. Autumno uuæ

maturæ pyra poma a laquearibus pendeant. Albæ ſint mappæ: candida mantilia, ne ſi ſeccus fuerint faſtidium generēt, & auiditatem edēdi tollant. Cultros tergat ſeruus, eorumq; aciem prolixet, ne in mora ſint cõuiuæ ob ferri hebetudinē, parata ſint reliqua uaſa terſa nitida, ſiue illa fictilia ſint, ſiue argentea. Hæc enim lauticies etiam reſidentem appetentiam excitat.

¶De ſale. Cap. XIII.

SAlē reqrit mēſa ne inſulſa uideanť obſonia, unde fatuos homines dicimus ſtolidos & inſipidos, q; nil ſalis hoc eſt ingenii habeāt, a græco uocabulo αλσ uenit uerſa daſea in s. Salis uis adeo ignea eſt, ut q̃ attigit corpora aſtringat ſiccet alliget. Mortua ſi ſalitura tempori fiat optime conſeruanť ut de pnis & aliis ſalſamentis licet cernere. Contra morbos quoſpā plurimū ualet, cū adurat repurget extenuet diſſoluat, ſtomacho tñ inutilis ꝑterq̃ ad exercitandam auiditatem. Eius imoderatus uſus epati, ſanguini, oculis admodum nocet. Vlceribus qbuſdam & morſibus uenenoſis illitus ꝓdeſt. Sal quo uſurus i mēſa es ſit albꝰ & mūdꝰ, ut uolateranꝰ i hetruria.

¶De pane. Cap. XIIII.

INter fruges ad uſum hominum inuentas, frumentum utiliſſimum eſt, cuius ſpēs ſcdm Celſum habenť halica, oriza, tiſſana, hamilum, triticum, ſiligo, far, qd adoreum ueteres appellauere, unde adorare dictū, q̄a libis adoreis ſacra diis exhiberenť. Tritico nil eſt fertiliꝰ & ſuauiꝰ, uľq; magis alat, maxīe ſi collinū & nō campeſtre fuerit. Ordeum frugum omnium nobiliſſimū habetur, q; in ſicca & ſoluta terra ſeri uelit, q; cito matureſcat, ob gracilitatem calami ante omnia frumenta ſuccidatur. Ex hoc polenta & aqua mulſa ægrotantium cauſa cõmodius fiet q̃ panis. Siliginē aphricanā cuius panē ueteres laudebāt, nequaq̃ ſilēm huic crediderī, q̃ nr̃a ætas neſciť, cū nullum genus panificii hoc ſit inſuauius, & quod auiditatem edendi minus utiliter comprimat. Qui igitur piſtoritiam exercet farinam: quāq̃ a farre dictam ex tritico bene molitā ſumat, ab ea denique cribro farinaceo pertenui furfures & polinem ſecernat,

quam quidem in menſam panificiam circumquaq; a lateribus clau-ſam impoſita aqua calida,& quidem ſalſa,ut ferrarienſes in Italia ſolent. Si in locis humectis habitas,inditaq; ex fermẽto offa bñ adiuuãtibus ſociis uſq; ad eam craſſitudinẽ ſubiugat,qua nõ incõmode panis cõfici põt. Caueat piſtor ne plus minuſue fermẽti q̃ decet iponat, ex illo.n.acorem panis cõcipit,ex hoc grauior fit in cõcoctione,& in ſalubrior,cũ aluũ aſtringat. Panis i clibano bñ coctus & nõ eiuſdem diei,neq; ex tritico apprie nouo cõmode nutritit, & ſi tarde cõcoq̃ᶻ.

De placentis. Cap. XV.

SVbiugat idem piſtor tantũ farinæ ex aqua calida,q̃tum ad faciendã placẽtã ſat eſt & ſubacte indat feniculi ſemẽ ac laridũ teſſalatim cõciſum,aut butyꝝ, uel oleũ ſeorſum tñ, ac rurſum tandiu ſubigat, quoad oĩa in unam redegerit maſſam. p̃mat deinde manibus in orbicularẽ formã.ac clibano inferat una cum pane,uel in focolari ſub textu cinere & carbonibus coquat. Fit & aliud genus placente ſine larido adhibito ſale oleo & feniculo,qᵈ ſubcinere & carbonibus coquiᶻ. Omitto placentas oblõgas,quæ ex pane fermẽtato & nõdũ cocto fiunt,cum nullam habeãt uoluptatẽ. Sunt item qui ficedulas & auiculas paruas, quiq; caſeum recẽtem & pinguem ſeorſum ab auiculis pani includant,ut ſimul in furno coquantur,

Quid ſit edendum primo. Cap. XVI.

OBſeruandus eſt ordo in aſſumendis cibis,cum omnia quæ aluum mouent,quæq; lenis ac parui ſint alimenti, ut poma fere ac pyra quædam tutius ac ſuauius prima menſa comedantur. Addo etiam lactucas & quicquid crudum uel coctum ex aceto & oleo aſſumitur. Oua præterea ſorbilia præſertim, ac tragemata quædam, quæ nos bellaria dicimus ex aromatibus & nucleis pineis aut melle aut ſaccharo condita,conuiuiis præcommode apponuntur.

De Ceraſis. Cap. XVII.

EX põiferis arborib⁹ apđ nos ceraſa,ſiue ut Fulo placet ceraſia libet appellar̃,prio mat̃eſcũt.p̃mũ itaq; edẽda appõanᶻ.

Hinc ob rem. L. Lucullus poſt uictoriam mithridaticam urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo in Italiam uexit. cuius tanta fuit ubertas, ut ad oceanũ in britanniam uſq; puenerit. Ceraſiorũ q̃dam ſunt acida q̃dam auſtera & q̃dam dulcia. Auſtera uentrem cõſtringunt. ſtomachũ exaſperant. Acida pituitã incidũt. flauã bilem reprimũt. ſitim extingunt. & deſideriũ edendi inducunt. Dulcia ſtomacho aduerſa, lũbricos & putridos humores in uentre generãt. Deuorata mane dum recentia ſunt cum ſuis nucleis, urinam & uentrem mouent.

¶De prunis. Cap. XVIII.

INgens ẽ (ut ait plinius) prunorũ turba. A coloribus q̃dam ſumpſere nõia ut alba & nigra. A ſimilitudine alia, ut ordearia, q̃ colorem ordeaceũ ſint cõſecuta. A uilitate alia ſunt aſinaria cognominata. Ab externa gẽte q̃dã ẽt armeniaca dicta, quæ odore peculiari laudanť. Damaſcena oblonga & nigra a ciuitate ſyriæ damaſco nomen ducẽtia, cæteris p̃ſtãtiora & ſalubriora ſunt Nulla arbor p adoptionem hoc eſt inſitionẽ facilius in familias aliarũ arborũ tranſit. Mirať plinius de pruno nullã a catone mentionem fieri, cum pruna ſyluestria ubiq; naſcerenť. Vſus prunorũ ante cibũ (ſi moderatus eſt) aluum citam facit, bilem lenit, uoluptatẽ ſitiẽti affert. Pruna ac mala oĩa, ut ceraſa pira & reliqua lecta cum petiolis, & in melle poſita ita ne ſe contingant, diu ſeruabis.

¶De Moris. Cap. XIX.

MOrus ſatiua tardiſſime ſeneſcit. In ægypto cypro abundantiſſimi ſucci fructus producit, quorum trinus color eſt primo albeſcunt, deinde rubeſcunt, poſtremo nigerrima fiũt, quaſi Tiſbes puellæ ægyptiacæ cruore reſperſa. Matura mora q̃uis ad humiditatem & caliditatem tendunt, parum tamen alunt. ſtomacho aduerſantur, quia in eo facillime putreſcunt. Verum quia aluum citam faciunt prima menſa comedenda ſunt. nam & urinam mouent, & in aqua frigida humectata, ſitim extingunt. Sunt & mora ex rubis naſcentia, quibus utuntur in pigmentis medici. Vt mora recẽtia diu durent hoc modo facies. Succum ex moris exprimito, miſcetoq; cum

ſapa.& in uitreo uaſe cum moris mittito,uirida diu ſeruabis.

De Peponibus. Cap. XX.

PEpones a malepeponibus differre uidentur,cum hi fere rotundi & coſtati ſint,illi oblongi,quaſi mala citrea.Verũ non adeo differunt,cũ a peponibus malopepones factos afferat Plinius.A pediculo maturi ſponte diſcedũt quamuis non pendent.Gratus eſt certe peponis uſus,ueꝶ difficillime ob eius frigiditatem cõmixtã hũiditati coquitur.Pepon tamen detracta cute,& abiecto ſemine eſui datus,ſtomachi cõpeſcit ardores.aluum leniter mollit.Repurgato ſtomacho edẽdus eſt,qa facillime i eos hũores cõuertitur,& concoctionem retardat,quos prædominari in cibi receptaculo cõpererit.Hanc ob rẽ nobis a maioribus impatũ eſt,ut pepones ieiuni comedamus.ſupſedeamuſq; a reliquo cibo,donec in fundo ſemicocti reſederint,Eius uſus & ſi neruis obeſt eos humectando urinã tñ ꝓuocat,renes ac ueſicã purgat adiecto ſemine.Sunt qui dicãt peponũ maliciã potu oxizacchare aut oxymellis ſedari ac comprimi.Alii aquã ut Auicenna ꝓpenũt,alii uinũ.Sentiã ego cum natura,quæ poſt eſum peponis uinũ & qdem optimũ appetit.Quod quaſi quoddã antidotum eſt cõtra pepõis frigiditatẽ & rigorem.Hoc autem fructu Albinus Imperator adeo delectatus eſt,ut & centũ pſi ca campana,& decem pepones hoſtienſes una cœna comerit.

De Cucumeribus. Cap. XXI.

CVcumeris uis & natura prius fuerat explicãda,cum afferat Plinius cucumeres magnitudine excedẽtes pepones uocari.Decepit me ingenue(erratũ fateor)uoluptas quæ ex eſu peponis capitur.Nũc.n.non cucumeribus ſolum,ſed cui uis edulio antepoſuerim ſemper.Cucumeꝶ tria ſunt genera,maior liuidus eſt & minus nocens,nam & aluũ ſoluit,& ſua figiditate ſtomacho æſtate præſertim uidet accommodatus.Folia eius ex uino trita uulneribus medetur quæ caninus morſus impreſſit.Eius ſemen ex uino dulci datum ueſſicæ laboranti ſubuenit.Citrin⁹ quẽ nr̃a ætate a colore citrullum uocãt,frigidos & noxios generat humores,unde febres autũna

les oriũtᷓ ꝙ diutius q̃ oporteret in ſtomacho morentur. Huius ſemẽ tritũ & potui datum febricitãtes iuuat, dũ ſitim extinguit. Anguineus omniũ nocentiſſimus eſt, unde & recte ab angue nomen accepit, cuius uim Columella his carminibus explicat.

Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo
Hyrus, & ut coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexo ſemper collectus in orbem.
Noxius exacuit morbos æſtatis iniquæ.

Duo illa ſupiora genera ablata cute erutoq; ſemine teſſelatim conciſa ex ſale & oleo & aceto comeduntur. Sunt qui ad reprimẽdã frigiditatẽ aromata conciſis inſpargant. Anguineũ hetruſci qui maxime ponis & holeribus delectãtur abraſa & cute lanugine cũ ſale tm̃ deuorant. Cucumeres Tiberius princeps adeo auide concupiuit, ut nulla non arte alieno etiam tempore eos quæſierit. Hos teneros adhuc menſtruoſa mulier primo tactu necat. tanta eſt eius morbi uis.

¶ De Chryſomalis. Cap. XXII.

Chryſomala ego illa eſſe crediderim, quæ Virgilius aurea mala uocat, & ſi Theocriti carmen, unde Maro ſuum tranſtulit, non idem ſonet, inter cotonea hoc quoq; a Plinio numeratur. Quod autem aureum magis appellem q̃ hoc haud ſatis ſcio. Sunt qui hæc inter perſica cenſenda putant, mori credo colore. Facit autem ſapor & uis ne uerum id eſſe credam. Prima menſa ſumpta præcipue neapolitana, quæ in precio ſunt cum aneſo & paſſulis uel ex uino meraco aut defecato melle, ſtomacho minus nocent. Poſt cibum uero ad putrefactionem cito uergens humores generat pituitos.

¶ De Ficis. Cap. XXIII.

Ficus ſola ex oibus arboribus nõ floret, lacte fructũ ꝑducit. Huius uaria ſunt genera. Eſt ficus alba ex fœlicibus, contra nigra ex infœlicibus arboribus. fœlices arbores putantur eſſe quercus eſculus ilex ſuber fagus corylus ſorb' prius malus uitis

prunus cornus lotus. eſt & chia a loco cotona a ciuitate Syriæ nomen ſumentia. Aphricana puincia dicta, unde nomen accepit, hanc ego illam eſſe arbitror, cuius pomum Cato tertium punicum bellũ quærens in ſenatum anxius detulit. interrogansq́ꝫ patres conſcriptos & eos maxime, q̃ Carthaginem uirtutis Romanæ materiam nequaq̃ delendam cenſebant, Quãdiu inquit pomum hoc ex propria arbore demptum putatis? cum inter omnes recens eſſe cõſtaret. At qui tertium ante diem ſcitote Carthagine decerptum eſſe, tam ꝓpe nos habemus hoſtem. Statimq́ꝫ ſumptum tertium punicum bellum, quo Carthago Romani imperii quondã æmula deleta eſt. Sunt item quæ ab inuentoribus ſumpſere nomina, ut liuiana calphurniana pompeiana. Sunt præterea ſerotinæ præcoces biferæ duricoriæ, ꝙ tarde ꝙ citius coquantur, ꝙ bis in anno ficos producant, ꝙ corio duro obuoluantur. Eſt & numidica & mariſca & carica, groſſuli ſm̃ Macrobium appellantur fici, quæ non matureſcunt, Albinus enim de Bruto loquens groſſulos inquit ex melle edebat tanq̃ ſtultus. Fici recentes cum ad caliditatem & humiditatem tendant maturæ præſertim non adeo nocent, licet omnes fructus malos generent humores. Epilenticis enim ſiccæ conferunt pulmonem pectus ac guttur catarro exaſperatum leniunt, opilationes epatis & ſplenis aperiunt, humores groſſos e renibus & ueſica eiiciunt, corruptum ſanguinem ad cutem pellunt. creber tamen eorum uſus pediculos generat. Fici precoquæ pernicioſa humiditate abundant, & ob hanc rem deſiccari nullo modo poſſunt. Hunc enim fructum biferæ quaſi fecem naturæ ſuæ efferunt, quo maxime delectatus eſt Auguſtus. Magnus pompeius mithridate deuicto in ſcrinio eius inuenit ipſius manu ſcriptã compoſitionem, qua ille præſumpta aduerſus omnia ueneficia in totum diem tutum ſe incolumeq́ꝫ præſtabat, in qua iugulans una, fici duæ ſiccæ potiſſimum, rutæ folia uiginti, ſalis granum in unum contunduntur & deuorantur a ieiuno. Eſt & caprificus ex ſilueſtri genere ficus, nunq̃ matureſcens. Fici cum petiolis quantum fieri poterit longis & illæſis recentes in melle diu ſeruabuntur.

PLATYNÆ DE HONESTA VOLVPTATE LIBER SECVNDVS.

QVi de agricultura ſcripſere arborē a fruti ce ita differre dixerūt ut frutex ab herba. Eſt enim frutex.q ad iuſtā arboris magni tudinē non aſſurgit,& ſtatura mitis her, bis pſimilis,ſed non demorit neq; areſcit ut herba.pennis eſt,inde fruticari dicim⁹ naſci ex frutice. Fructus ꝑterea quadrifa riam diuiſcere, accina dicentes uuam, grana ederæ,grana ſambuci,grana ebuli grana mali punici.additur etiam morum,&quicquid his ſimile,Inter baccas uero fructus Lauri,Oliuæ Corni,Loti, quam ſabam ſyriacam uocāt,Mirti,Lentiſci,ſiliumq; Plinius cateriq; numerabāt.Inter nu ces oē qd foris duro tegitur cortice & intus hēat qd eſui eſt. Poſtre, mo ea omnia uel mala eſſe dicebāt quæ foris quod eſui eſt hēant, du ra intus includāt.Ob hāc diſtinctiōem affirmāt quidam perſicum in ter mala numerandum.

De Malis. Cap. XXIIII.

DE mallis igitur dicēdum nūc eſt & maxime de his quæ ante cibū comedunt.Auſtera & ſtiptica poſt epulas tutius aſſu mūtur.Sunt aūt maloꝝ genera plura de qbus ſuo loco dicet.Dulcia & cito matureſcentia,q̄lia ſunt orbiculata,ꝑcocia melimella,q̄ oīa fere ſtomachū & aluū ſoluūt prima mēſa ſunt comedēda.Diaſcorides qd ad eſtiua mala ptinet hoc ſenſit. Ea credidit pituitam nutrire,fellis ardores excitare,inflāmationes mouere, ner, uoſis ptibus minime cōuenire. Galienus uero non oīa reiiciēda pronūciat,ſed ea tm̄,quæ aut aquei ſaporis ſūt,aut aſperi atq; acidi. Dulcia aūt & matura,q̄q; hyeme cuſtodita ſuauiter fragāt,inflāmatiōem tollunt,ſtomacho nauſeanti ſuccurrūt,& appetentiā inducūt. Mala aūt frigida eſſe & humida ex eo maxie dep̄henditur qd ſuccus ex his exp̄ſſus facile trāſit i acorē.Hāc ob rē qdam cēſuere hmōi fructus bono ſtōacho aā mēſā nq̄ nocere,cū uētrē būectēt & ꝑcordia refrigerēt

De Pyris. Cap. XXV.

PIrorum naturam Diaſcorides ſtipticam tradit, & ideo con trita & appoſita impetus omnis incurentium humorum auertunt, ſanguinem ex naribus & ulneribus fluentem ſi-ſtunt. Ex his quadam ſunt dulcia, q̄dam auſtera, q̄dam aci-da. Dulcia cum ſint aquatici & ſoluti ſaporis, cunq; inter frigidū & ca lidum cōſiſtant, utpote parua illa & ocyſſima, quæ Plinius ſuperba in nuit appellari, ante cibum danda ſūt. Hæc nos uernatica lingua mo ſcantia ab odore uocamus. Dentur itē alia ſi quæ ſunt his ſimilia. Sti-ptica uero & acida, quorum magna turba eſt ſecundæ menſe reſeruē tur, quia ante cibum ſumpta aſtringunt, quod ualitudini contrarium eſt. Annotatum eſt etiam pira præter alia poma corpus nutrire. Piro magna certe ineſt uis, nec in fructu ſolum uerum etiam in radicibus & foliis. Cum fungis ac boletis incocta, uenenum ſi quid ineſt tollūt. decocta folia uulneribus medentur. Semen autem pirorum cū mel-le tritum ac ieiunis traditum, dolorem iecoris ſubmouet, Condiun-tur autē pira totidem modis, quot uuæ mala, pruna perſica cytonia. Poma item omnia percommode ſeruantur, ſi pomaria in tabulatis poſita feneſtras ab auſtro ad ſeptentrionem uergentes habuerint. Subſterni ſtramentis ac paleis debent, ne humore nimio, qui ex con-tractu oritur frigeſcant.

De Vua. Cap. XXVI.

QVi uuam quaſi uuidam ex abundantia humoris etymolo-gia notauere recte mihi feciſſe uidenť cum maximus inde p̄fluat humor, q̄d muſtum primo mox defæcatum uinum appellatur. Vuam ex arbore naſci non auſim dicere, cum nō plane ſit arbor, eandem quoq; fruticē dicere iniuria eſſet, Teneat igitur tanq̄ res p̄clara medium quoddam, nec ēt ut q̄buſdam placet acinis patia tur aſcribi, ut grana hederæ, & grana ſambuci. his enim omnino diſ-ſimilis eſſet, ſi uinaceis careret, quod fieri p̄facile poterit, ſi columel-lam imitatus, malleolum findes, ita ne gemmæ lædantur, medullāq; omnem erades: tum demū in ſe cōpoſitū colligabis, ita tñ ne gēmas

alliges,in terram deinde ſtercoratam depones,& rigabis. Adulta ui
tis uuas tibi ſine uenaceis præſtabit. Vuarū genera multa ſunt. Ami-
nea a regiōe. Aminei enim fuere ubi olim falernū, Appiana ab apio.
Bumaſtha a ſimilitudine mammæ bubulæ, Mareotis, præcox nomen-
tana, precia, pſithia, lagea, quæ & leporaria dici poteſt. Sunt & alia
plura, quæ enumerare longum eſſet. Vuarum matureſcentium uehe
mentiores nigræ, ideoq; uinum ex his minus iucundum. ſuauiores al
bæ, unde uinum gratum fit. Inter omnes auctores conuenit ficos &
uuas bene maturas cæteris fructibus, qui crudi eduntur minus inſa-
lubres eſſe, & ſumpta prima menſa fere non nocere, Vua ſiquidem
matura, & quæ decerpta diu, aut ſaltem dies quatuor pependerit, &
ſuauius & dulcius editur. obeſa enim refrigerat, neq; faſtidium mo-
uet, Recens autem deuorata, ſtomachum, ſpiritum, aluum inflatio-
ne perturbat. capiti nocet, lethargium facit. Non ſunt uinacea dum
comeduntur dentibus conterenda, quia & difficilius coquūtur,
& deterius nutriunt. In uino dulci ut fieri ſolet conditæ uuæ ca-
put tentant. Penſilibus proxime habentur, quæ in palea ſeruan-
tur, Sunt qui eas in aceruo uinaceorum conſeruent, uerum co-
meſſe caput & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum ac ſan
guinem excreantibus utiliſſimæ ſunt. Virides item hoc modo
ſeruabis, uuas de uite illæſas accipies, & aquam fluialem ad ter-
tias decoques, quam & una cum uua in uaſculum mittes bene
gypſatum ne exhalet. In locum frigidum, ubi ſol acceſſum ha-
bere non poſſit uuas repones, & quando uolueris uirides in-
uenies. ipſam uero aquam ſi uoles pro hydromelle ægroto dabis.
In ollis ſeruatæ, ac eſui ſumptæ, ſtomacho auiditatem excitant.
Extat & lambruſca, quam græci ampeloſagriam uocant cu-
ius acina deſiccata ad medelam ſeruantur. Paſſum optimum
ſic fieri Columella præcepit, Vuam præcoquem bene maturam
legere, acina acida. haud uicioſa reiicere quæ bona ſunt in ta-
bulatum quoddam extendere, uinoque inſpargere, ſeruata uſui
multis in rebus eſſe conſueuit. Paſſulæ uino lotæ, & præci-

pue quæ ſine uinaceis ſunt,ut corinthiæ,narnienſes ante & poſt cibū ſumptæ,ſtomacho atq; epati opitulantur. Ex uua concocta in aheno, ſapa fit,ex puro & expreſſo muſto in defrutariis uaſis defrutum. Muſtum.n.decoctum defrutum uocatur.uñ & defrutare muſtū coq̄re dicim⁹. Sapa tñ defruti uice nōnūq̄ utimur i comedēdis pomis ac pyris.

¶ De Malis Punicis. Cap. XXVII.

Svnt & mala quædam,quibus & ante cibum & in cibo maxime uero cum aſſis & frictis carnibus utimur. Ex his eſt malogranatum,quod & punicum uocatur, cuius multa ſunt genera, quæ enumerare ſuperuacaneum nunc eſſet. Sufficiat tantum de eorum qualitatibus dicere,malo punico uim ſtipticam ineſſe,omnes fere medici una opinione conſentiunt. Quadrifariam tamen diuidi poſſe uidentur. Dulcia.n.continere aliquid caloris natura ipſa arguit,& ante cibum comedenda ſunt, quamq̄ īde inflammatio quædam oritur,quam Græci appellant. Acida ſtomacho accommodata ſunt, & urinam mouent, pulmonem refrigerant, iecori blandiuntur. Si mala ipſa nimium acida uidebuntur, emendari hac ratione poterunt. ſtercore ſuillo & humano urinaq; ueteres radices arboris irrigabis, dulciorem fructum inde poſtea ſumes. Violentiam mediam quandam uim inter illa ſuperiora ſibi uendicant. Acerba pigmento q̄ ſtomachum uocatur magis apta q̄ eſui ſunt, tunc oris uici a narium, aurium, oculorumq; ſanat. Recte igitur tradidere qui negaret punico malo corpora noſtra nutriri: cum eorum uſus medicinæ magiſquam cibo conueniat. Qui ualidi ſtomachi ſunt ea tutius ante cibum ſument, q̄ qui imbecillis. poſt cibum uapores ad caput aſcendentes reprimunt. & fere uim cotoneæ habent. aut prelouinumquod in multis edulis utimur reddunt. Poſtremo uero teſta eiuſdem mali ſicca & in puluerem redacta multis incommodis medetur,utpote aluo ſolutis ſi trita ex merore potui detur. Sanat & uu nera genitalibus ob calorem nata.ut mala punica diu ſeruentur in aquam feruentem merge,& ſtatim leua ac ſuſpende.

¶De Coctoneis. Cap. XXVIII.

COctonea dici cum de malis loquimur,& nõ coctona Var-
ronis ac Pli.auctoritate manifeſtum eſt. qui coctona inter
ficus commemorant.Omitto eorum opinionem, qui ea cy
donia a cydone ciuitate Cretæ appellauere,unde & cydo-
nia ſpicula ſunt dicta.Coctonia ergo ſiue cydonia,uel citonia ſunt uo
canda,cruda & matura dyſentericis & colericis ac ſanguinẽ excreã
tibus optime dantur. aluo ſolutis uero item proſunt decocta, ꝗ amit
tant conſtringentem illam uim ſucci.Infuſa præterea ex uino uel ace
to ſtomachi dolore,& inteſtinorum fluore uexatis oportuniſſime cõ
ferunt,falluntq; languentium deſideria,ꝗ & ſpecie & guſtu & odore
cuiuſlibet uini ueteris ſimilitudinem repræſentant. Seruari diu mala
coctonea recentia hoc modo poſſunt. Eligantur ſine uicio cum ra-
mulis & foliis condita in uas,ac melle & defruto ſuffuſa diutius uiri
dia durabunt.Condiri etiam matura hoc modo poſſunt.Depilata ac
in fruſta conciſa,nucleiſq; e medio ſublatis in quam cæleſtem ponũ
tur,ubi tandiu mutata tamen aqua relinqui debent,donec ſtypcitatẽ
illam amiſerint,eluceantq; tanq̃ cornea.Elixentur deinde & ſemico-
cta ex aheno ablata in linteum album & mundum ſuper tabulam ex
tendantur,donec aqua exſiccetur.In cacabum deinde cum melle po
ſita tandiu ebuliant quouſq; omnino coquentur. Cocta rurſum lin-
theo extendes,& ferre ſicca ad umbram nõ in ſole,in ollam repones
ſuperinfundeſq; mel bene defæcatum & tepidum.Hoc modo fere cõ
diuntur cucurbitæ,citra mala medica,quæ uulgo narantia uocamus
pyra poma,quibus nonnulli aromata inſpergi uoluerunt, ut chario-
philum,cinamum gingiber trita,& cribratam Malo peponum coſte
unde conditura fieri ſolet,in aceto macerantur dies quatuor, poſtea
uero q̃ in linteo aliq̃diu reſederint mutato aceto iterum coctæ, ac rur
ſum in linteum extenſe,donec refrixerint in ollam reponuntur,ſuper
fuſoq; melle optime ſeruantur. Hæc in prima menſa uariis tempori-
bus comedi ſolent.Hyeme citrum & narantium, Aeſtate cucurbita,
pepones coctonea.Sed coctoneoꝝ hæc uis eſt,ut ante cibum ſumpta

aluum aſtringunt, & concoctionem ac lubricitatem uentris tollant niſi bifariam diuiſa nucleiſq; exhauſtis ſuper infuſo ſaccharo coquătur. Tũc enim deſiderium edẽdi inducunt. & ſumpta caput ebrietate defendunt. Poſt cibum uero ſtomachum ſigillant, concoctionem adiuuant, & aluum mouent, ſi auidius deſumpta fuerint.

De Citro. Cap. XXIX.

Citrum uel citreum Cloantius & malum perſicum a prouincia uocauit, At uirgilius Homerum imitatus longa periphraſi citrum circunſcripſit. Felicis mali quo non præſtantius ullum pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ Miſcuerũtq; herbas, & non inoxia uerba. Nemo enim dubitat hoc de citro dictum, cuius uaria habentur genera. Alia enim ſunt, quæ ſylua confinis mauritaniæ producit. Alia quæ in Italia & media naſcuntur. Omnium tamen magnitudine potius q̃ genere differentium eadem fere uis eſt, Odorariſſima enim ſunt, & ueſtibus interiectas tineas necant. Vnde & odorata ueſtis citrioſa a Neuio uocatur. Generantur autem in perſide omni tempore alia enim præcarpuntur, alia interim matureſcunt. Putatur etiam in uenenis contraria ꝙ trita cum uino purgatione uirium ſuarum bibentes ſeruant. Non tamen una eademq; uirtus ĩ omnibus citri partibus eſt. Putamina enim calida ſunt, ꝙ intus eſt ſemiacidum, ac per hoc ſtipticam uim habere manifeſtum eſt, Aſſis & calidis obſoniis adhibentur omni tempore, æſtate tamen præcipue, ꝙ bilem reprimunt, ſitim extingunt, & deſiderium edendi inducunt. Multis ægritudinibus citrea uis medetur. nam & pregnantes mulieres a nauſea uendicant. & tritum in potione uini datum, lieni ac querelis corporis medetur. Sunt qui citrum teſſalatim conciſum ex ſale oleo & aceto comedant. De malis citreis uel medicis, quæ uulgo narãcia uocamus, eadem fere dici poſſunt. Verum quia quædam dulcia, quædam acida ſunt, ueſcendi ratio ex ſuperioribus præceptis repetatur. Dulcia ante cibum quo uis tempore ſumpta ſtomacho cõueniunt. Nec non acida ſi ſaccharo fuerint remolita, quod fit ſublato corio, de tractiſq; membranulis.

ℭDe Palmis. Cap. XXX.

PAlma multis in locis naſcitur, ut hodie in Italia in maritimis hiſpaniæ locis, in Africa licet cernere, Sabuloſa ac nitroſa terra gaudet, unde in iudæa percommode naſcitur, fructumq; uberiorem & ſauiorem reddit, cui a forma oblonga, & in medio dorſi quendam quaſi nodum aſſumere dactili nomen impoſitum arbitror, quod digito ſit perſimilis In aluo media fiſſura eſt, quam immulli umbillicum appellant. Inde ſpargi radicem, cum plantantur aſſerunt. Sine mare qui haud longe plātari debet infœcunda habetur. Vnde exciſo mare ſtatim ſteri leſcunt. Naſcuntur autem palmarum fructus nō inter frondes ſed inter ſurgētes ramos. Palmæ uis calida ē & humida, melior alba, q̄ aut nigra aut rubēs, depilādæ mēbranulæ ſūt, q carnē ab oſſe diuidūt. deuoratæ.n.grauiorē concoctionem faciunt. Oſſa item auferenda ne Alexandri milites, qui auidius uirides palmas comedentes ſtrangulati ſunt imitentur. Dulciores enim ante cibum ſumpti, & ſi facilius concoquuntur & aluum mouent, ſpleni tamen dentibus atq; epati aduerſantur, Palma (ut ait Gellius) tantæ generoſitatis eſt, ut ponderi non cedat, ſed ſurſum uorſum nititur. & ob eam rem uictoriæ ſignum habent, quoniam huiuſce naturæ eſt, ut urgentibus opprimentibuſue non cedat.

ℭDe Meſpilo. Cap. XXXI.

NOn fuit meſpilus in Italia Catonis æuo. Radices hæc arbor profunde & late agere dicitur. Hanc ob rem fere inextirpabilis habetur. Gallica meſpila cæteris præſtātiora ſunt quorum ſemen auſterum quidem ac folia proprietate non carent. Ante cibum ſumpta meſpila uehemēter diſſolutum ſtomachum aſtringunt, fluxus alui immodicos fortiſſime reprimunt, ob frigiditatem & ſiccitatem, dentium doloribus medentur, folia quoque eius & cortex, itemque radices tunſæ & impoſite feruori ac tumori ſubueniunt: ſicca & trita cum melle ad cicatricem uulnus adducunt. Eorum ſuccus cum uino hauſtus, ueneficis potionibus repugnat.

¶De Sorbis. Cap. XXXII.

SOrbis triplex differentia ineſt. Alia. enim ut mala rotunda ſunt. Alia turbinatiora, ut pyra. Alia ouorum figuram obtinent. Laudantur a medicis ſorba medicamentorũ potius q̃ cibi gratia. Et ut alba adhuc & ſemicruda ſtomachum prægrauant, ita matura faſtidium pellunt. uulnera ĩtraneis innata deliniũt. Aqua uero in qua decocta ſunt ſorba potui data, cum uini auſteri fere cum ſapore naturam imitetur, dyſentericis medetur. Sorba ſole macerata ac in ſapa condita, ut cotonea & pira ſecundũ Catonẽ diu durãt.

¶De Cornis. Cap. XXXIII.

COrna quæ Vir. lapidoſa uocat, q̄ foris parum carnis, & intus plurimum oſſis habeant inter acina numerata ſumpta in cibũ parum alunt tarde concoquunt & aluũ aſtringũt.

¶De Perſico. Cap. XXXIIII.

PErſica tota aſia naſcuntur, maxime uero in perſide, unde ad nos tranſlata nomen hñt, ſero id quidem factum eſt & cum difficultate. Verum poſtea ubiq; fere ſponte proueniunt, Fabulas mihi narrare uidentur, qui ſcribunt uennata cum cruciatu apud perſas gigni. & ob eam rem a Cyro inde ad Aegyptios tranſlata, ut quos armis uincere non poterat, ueneno ſaltem necaret. Cõfingunt item quo res ueriſimilior uideatur ægyptio ſole & cælo mitigata fuiſſe, Hanc autem opinionem innuit Columella his carminibus, Et pomis quæ barbara perſis Miſerat (ut fama eſt patriis armata uenenis. At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti ambroſios præbẽt ſuccos oblita nocendi. Addit tamen ut phana eſt, ne omnino rem fabuloſam pro hiſtoria credidiſſe uideret. Gallica & aſiatica perſica, quæ nationum cognomina habent autumno matureſcunt, æſtate præconia habentur. Dyrrachina in præcio ante alia ſunt Recentia ſeruari hac ratione poterunt. Optima eligito & mitte in muriam, poſtera die exime & purgabis diligenter, ac collocabis in uas fundẽs ſalem acetum ſaturegiam, Perſicorum cibus propter humiditatem & frigiditatem ſtomacho inutilis habetur. cito enim inaceſcit, atq; in phlemati-

cos uertitur humores. Eorum uſus quem negāt medici membra nu-
triri ad ephimeras iter facit. Matura tamē ante cibum ſumpta appe-
t entiam inducunt. urinam mouent, aluum lubricant, fetorem oris
medentur. Sicca poſt cibum manducata & ſi nihil nocent ſtomachi
tamen ſigilla habentur, quod aſtringunt. Sunt qui dicant ſtatim poſt
perſica ante cibum ſumpta uinum optimum bibendum eſſe, ne cōti-
nuo putreſiant. Non improbatur etiam eorum opinio qui aſſerunt
poſt cibum comedenda perſica teſſelatim conciſa, & in optimo mæ-
ro remolita, q̄ os ſtomachi & ſuperiora orificia reſtigerant. Hoc au-
tem fieri debet ubi ex aſſis cœna præceſſit. Folia perſici trita & impo
ſita uentri lumbricos aut expellunt aut perimunt. Eadem ſicca & in
puluerem tunſa recentes plagas cruentorum uulnerum claudūt. Nu
cleus perſicorum cum oleo tritus capitis dolori medetur.

¶De Oleo. Cap. XXXV.

EXigeret nunc menſarū ordo, ut de conficiendis ac coquen
dis pulmentis ratio bræberetur. Verum cum omnia fere
obſonia mixta ſint de quibuſdam ſimplicibus ad hanc rem
ptinentibus prius dicēdum eſt ac primū de olea atq; oleo.
Olearum genera ſunt plura. Cōditiua, pauſea, radius, horchites, quæ
de oliuitate optime conditur, (ut ait Varro) ſalentina, termucia, cōdi-
tiua grād or eſt & eſui optima, ut nunc bononienſis, & picētina acer
ba ſcinditur utrinq; gladiolo, & in frigida aqua tandiu maceratɛ, do-
nec amaritudo cum pinguedine euanuerit. In fcriam deinde aut in li
gneum uas repoſita ſupfuſa aqua cum ſale & feniculis decocta ad tē-
pus ſeruatur. Comeditur cum piſcibus & carnibus aſſis, ut uel faſti-
dium leuet, uel deſiderium inducat. Difficilis cōcoctionis eſt, ac par-
ui alimēti, humores generat craſſos & glutinoſos. Sūpta externa mē-
ſa exhalationes ad caput reprimit. De reliquis cōmodius fiet oleum,
trapeto ut a quibuſdam ſolet uel mola, quod utilius eſt, uel ſolea qđ
difficilius. In ficis reponitur oliua. pleriſq; ſubiicitur exprimiturq;
t andiu, donec ſampſæ aridæ nil amplius præſtant. Id olei, quod pri-
mum exit, ſi non ex fraceſcentibus oleis & nimiū maturis ac cōcale-

factis fuerit,ſuauius eſui eſt. Hoc Pli. omphacinum uocat, ομφακα eni uuam immaturam Græci appellãt: quod genus olei ad frigiditatem & ſiccitatem tendit. Seruare oliuas uirides, ut quouis tempore oleum facias, hoc modo poteris. Oliuas de arbore ſublata, i mel demerges, auferesq; tales quo uis tempore quaſi mox de arbore redẽptas, de quibus ſi uoles oleum uiride facies. At quod ex maturis exprimitur, & ſi pinguis & grauioris odoris eſt, tamen utilius omphacino ꝑpter temperatas qualitates habetur. Ad caliditatem enim & humiditatem rendit. Vendicari tamen a nimia pinguedine oleum ſale illitũ poteſt, gratiuſq; fiet ſubtracta e fundo dolii amurca. Omnes enim feces olei ac uini ad fundum tendunt, ut mellis ad ſummum. unde & oleum melius in ſummo, quia exhalationes amat. uinũ in medio: mel in fundo eſt procul omni fece. Olei uis eſt corpus tepefacere, qua re cognita Hannibal in Romanos ducturus acies, ad trebiam frigida hyeme corpora militum ad lenitatem & robur inunxit & uicit, Contra algores oleum mirifice iuuat. Potum ieiuno ſtomacho, aut lumbricos interficit, aut e uentre pellit. Præterea uero contra uenenum pro antidoto habetur, Ex aqua.n.calida potum, uomitu uenena fugat, Sunt & alia plura genera ficticii olei, quæ conſulto prætermittũtur, quia nihil ad rem noſtram faciunt.

De Melle. Cap. XXXVI.

Magna apibus cura & ſollicitudo conficiendi mellis, & ceræ ineſt, maior conſeruandi. Vnde Maro recte eas parcas appellat. Non enim liguriunt ut muſcæ Caſtiſſimæ præterea habentur. Inquinatis enim locis, aut qui male oleãt nulla apum aſſidet. Tam qui olet unguenta qui uinolentia & recenti cõcubitu fetet quam qui aleum, radolentia ſapit pungitur, & ab aluearibus que ab aluo ſecundum Varronem ſunt dicta, facto agmine fugatur. Legem habent ad ſimilitudinem optimi principis, ad quẽ omnia deferuntur. Hoc præcedente aut delato ſe nequit uolare, de loco ad locum ꝓficiſcuntur. Caſtra hoc eſt aluearia ponunt. Apibus naturale pabulum eſt roſa, ſerpilum, apiaſtrum papauer, faba, lẽs, piſum

ocimum,cythiſus.Ex his enim rorem matutinum, unde mel & flore unde cera conficitur colligũt.Optimum tñ mellificium eſt, qđ ex thymo fit,& ob hanc rem ſiculũ mel & atticũ palmam fert, propter thymi abundantiam & ſuauitatem.De melle pontico & hiſpano,in quo ueneni uim ineſſe qdã auctores ſcribũt,non attinet dicere. Id en.m quærimus,qđ ad uoluptatẽ facit.Mel ſolũ eſt,quod in ſummo fece re expuit.hoc quo grauius eo melius eſt.Mel contra uinũ laudatur,hoc quod uetus,& humectũ,illud quod recẽs & calidũ in precio eſt.Decoctum crudo melius habet,neq;.n.adeo inflat,aut præcordioꝝ dolores ac bilem auget.Aeſtiuũ autũnali melius eſt. Corporibus frigidis & humidis cõuenit.multis ægritudinibus medet,Corpora putreſcere nõ ſinit.In cõditura maloꝝ,cucurbitarum,citrorum, & nucum optimum habetur. Oris deſideriis & in multis obſoniis facit ſatis. Ex hoc oxymel & hydromel,quam eandem uel aquam mulſam licet appellare conficitur,quæ tuſſientibus percõmode dat.Mulſum ego fieri etiam ex uino & melle teſte Plinio crediderim.

De Saccharo. Cap. XXXVII.

SAcchaꝝ fert nõ Arabia ſolum & India,ſed Creta & Sicilia qđ Pli.mel ex harũdinibus collectum uocat.Fragile id quidem dum teritur aut ſubiicitur dentibus. hoc certe quãto candidius,tanto melius.qđ profecto ex longa deputatione fieri conſueuit,unde ꝓbabilius ter aut eo amplius incoctum dicimus.Calida eſt eius uis & humida,hoc fit ut bene nutriat.ſtomacho ꝓſit,eius exaſperationes(ſi qua inſunt)leniat.Hoc ut arbitror ueteres ad medicinæ uſum tm̃modo utebantur.Et ob hãc rem nulla in obſoniis eoꝝ de ſaccharo fit mẽtio.Caruere illi qdem magna uoluptate cum nihil ex his quæ eſui dant tam inſipidũ ſit qđ ſacchaꝝ nõ cõdiat.Hinc natũ eſt illud crebra uſurpatione ꝓuerbiũ.Nullũ genus edulii addito ſaccharo inſipidius reddi.Liquefacto hoc amigdalas remolitas aqua mundas nucleos pineos auellanas coriãdrum aneſum cinnama atq; alia plura in bellaria redigimus.Tranſit tum ſaccharum fere in eoꝝ qualitates,quibus in confectione adhæſerit.

De Lacte. Cap. XXXVIII.

Ac ego ἀπὸ τοῦ γάλακτος deriuatum puto, primum quod ex fœtis animalibus mulgetur coluſtrum appellatur. Id autem ideo abiicitur, quia lactentibus nocet. Sunt qui uim lactis temperatam putent, ꝗ ad frigiditatem & humiditatē parumper declinet. Et ob hanc rem lac bene nutrire multum ſanguinis generare, cum ſanguis ſit ex uberibus & mammis expreſſus, cerebrum fouere, ſtomacho & pulmoni prodeſſe, genituram augere inter omnes medicos conſtat. Non idem tamen ex omnibus animalibus mulgetur lac. Omitto mulibre. quo in medicina tantum utimur Talem prope uim lac habet, qualem animal unde mulgetur. Optimum caprinum habetur, ꝗ ſtomachum adiuuet, epatis oppilationes tollat, aluum lubricet. In ſecundo loco erit ouillum. In tertio bubulum. Melius uere quam æſtate, rurſum æſtate quam autumno, aut hyeme. Stomacho ieiuno ut exit ab ubere uel tepidum bibēdum eſt, & tandiu a reliquo cibo abſtinendum, donec in ſtomacho reſederit. Coagulatum ac prima menſa hauſtum uere & æſtate minus nocet. Nam poſt cibum ſumptum (ut fere ſolemus) aut ſtatim putreſcit, aut ſecum alterum cibum incoctum ad ima trahit. Quieſcendum eſt itē poſtquam deſumptum eſt, ne in ſtomacho quid ex agitatione ſit coaceſcat. Imbibitum aut cum ſaccharo melle, a putreſcentia prohibetur. repurgato & ieiuno ſtomacho bibendum dixi, quia in eos humores, quos principes in cibi receptaculo deprehendent, facile conuerti ſolet. A nimio lactis uſu cauendum tamen eſt. nam & aciem oculorum hebetiorem reddit, & calculos in renibus & ueſica generat. Sero caprino quod ex lacte ſublato caſeo fit, pro medicina utimur, ꝗ epar & ſanguinem refrigerat, ꝗ pharmacis uiam ad purgandum corpus faciat.

De Caſeo. Cap. XXXIX.

Tſi caſeo in tertia menſa ueſcimur, tamen hoc loco eius uis explicanda fuit, cum ex lacte, de quo nunc dictum eſt, fiat. In multis etiam eduliis conficiendis hoc crebro

coqui utantur. Coagulatum lac non multo coagulone caſeus (ut ferè ſemper contingit) acorem cōcipiat manu factoris, & quidem non macilenta & calida, ſed ſub pingui & temperata in pilam, redactum ex aheno i formas uel calathos uel fiſcellos reponatur, exprimaturq; tamdiu, donec ſerum penitus exierit. Salitus caſeus in locum fumo aliquantulum obnoxium reponatur, ubi ſalem conceperit, & ætatis aliquid adeptus erit, eſui non incongrue dabitur. Caſeo dignitas a locis & pecoribus acceſſit, ut de lacte dictum eſt. Duo ſunt hodie caſei genera in Italia, quæ de principatu contendunt, ut marceollinus, ita enim hetruſci uocant, q menſe martii factus ſit in hetruria. & parmenſis in ciſalpinis quem eundem maialem a menſe maio licet appellare. Qualitas caſei ex ætate deprehenditur. Recens algidus eſt & humectus, ſalitus & durus calidus & ſiccus. Recens caſeus bene ac multum nutrit, calorem ſtomachi reprimit, ſanguinem excreantes adiuuat. phlegmaticis omnino nocet. Vetus difficile concoquitur, parum nutrit, ſtomacho ac uentri aduerſatur, bilem facit, podagram, dolorem laterum, harenulas & calculos generat. ſumptum poſt cibum quantum uis parum, cum os ſtomachi ſigillet, & faſtidium pinguium eduliorum tollere, & coctioni ac capiti prodeſſe aiunt.

ℂDe recocta. Cap. XL.

SVblato ex aheno caſeo, ſerum tandiu lento ignem concalefacimus, donec ad ſummum id pinguedinis natauerit, qđ reliquum caſei fuit. recoctam id ruſtici uocant, q ex lacte ſecundo concalefacto colligatur. Candida eſt, nec guſtui inſuauis inſalubrior recenti ac mediæ ætatis caſeo habentur mulier tñ hñtur uetere, & nimium ſalito. coctam ſiue eãdem recoctam libet appellare, multis pulmētariis herbaceis præcipue coqui admiſcent.

ℂDe butyro. Cap. XLI.

BVtyrum ex lacte hoc modo fit. Emulctũ lac ex mulctralibus in uas æneum, quod ab immo coarctatũ ſurſumuorſum in latitudinem campanæ ſurgit diligēter percolat. Ex quiete

& humiditate nocturna in ſupficie pinguitudo lactis natat, hanc ruſtici pãnunſ uocãt. quã leniter cocleare ſatis magno in uas oblõgum inuergũt. rutabuloq; tãdiu miſcẽt: dõec in maſſam redegerit, q̃ ablata & in ſeriis repõita ad tps adipis aut olei uice, i q̃buſdã obſoniis utuntur, fere omnes qui ſeptẽtrionalem & occidentalem plagam incolũt, q; oleo indigeant quo calidæ & temperate regiones abundare cõſueuerunt. Butyrum calidum eſt & humidum. corpora admodum nutrit & obeſat. Eius tamen frequenti uſu & ſtomachus læditur, & fomenta phlegmaticæ ægritudini præparatur. Datum in cibũ cum mũdis amygdalis & ſaccharo, pituitam digerit. & tuſſim frigidam ac ſiccam tollit, Illitum uulneribus ex uenenoſis animalibus potumq; antidoti & tyriacæ uices præſtat.

De Ouo. Cap. XLII.

OVum qđ ὠὸν Græci dicũt multiplex eſt, & ex uolatilibus fere oĩbus naſcitur; quæ oua pariãt eſui accõmodata, ſunt anſeres anates pauones ſtruchii & gallinæ, ſed gallinaꝝ meliora ac ſalubriora ſunt, maxime ſi ex gallo cõcepint. q̃ uero aut ex uento zephyro, ut qdã uolunt, aut ex ppria libidine cõcepta ea minus ſapiũt, ac fœturæ oĩno inutilia ſunt. Ouoꝝ uis tẽpata eſt, & ob hanc rem bene ac multũ nutrire medici aſſerunt. Oum bifariam diuiditur, in alborẽ & uitellũ. albor ad frigiditatem, uitellũ ad caliditatẽ tẽdit. Alborẽ in purgãdis uulneribus, in cõſtringẽdis q̃ laxa ſunt ut in cõdituris quorũdã edulioꝝ, ac bellarioꝝ utimur. Ad uitella maxime uero recẽtia, & quæ ex gallina pdice phaſião ſumũtur nõ nimiũ icocta (ſorbilia. n. debẽt eẽ ouã) cor fouẽt, ac mẽbra nutriũt. In ſanguinẽ. n. purũ, & q coardeat cõuertũtur. quare q inãitate laborãt, hoc cibo repurgato prius ſtomacho, q; facillime in alios humores cõuertitur crebro in pria mẽſa utantur. Medetur & hic cibus tuſſi exaſperatis arteriis, uocis raucedini, & ſanguinem excreãtibus. Oua ex aceto decocta, cũ magis tẽperata ſint, ſtipticaq; fiãt, uentrẽ cõſtringũt, ardores urinæ, renũ ulcera, ac ueſicæ mirifice tollunt. At q multo magis ſi nuper nata ac cruda excuſſo albamẽto deglutieris. Sapidiõa eo ma

gis ſunt oua,quo ex gallinis piguibus,non macilẽtis,ex depaſtis triticum,ordeum,milium,pannicum,q̃ herbas ſunt nata. Hyeme paleis, æſtate furfuribus oua præcommode ſeruantur. Quæ in aceto macerata ſunt,ut ait Plinius facile illæſa per anulos tranſmittuntur. Dura celſus affirmat ualentiſſimæ materiæ eſſe,& ob hanc rem tarde cõcoqui Quibus in eduliis coqui ouis utantur,ſuo loco poſtea dicetur.

¶De Succidia. Cap. XLIII.

SVilla caro adeo humida eſt, ut ſeruari non niſi multo ſale poſſit. Animal hoc edaciſſimum eſt.& hanc ob rem ſanguine multum ac calore abundat. uliginoſa loca, ubi uolutetur libenter incolit ad reprimendum calorem, quo maxime luporum dentes exagitantur,dum ſuillam carnem ſemi uiuam lacerant. Ad flumina igitur tale animal deferunt,quo feruor ille extinguatur. A nullo brutorum pinguedine ſuperatur. Affirmat Varro ſe in arcadia uidiſſe ſuem,quæ præ pinguendine,non modo ſurgere nõ poſſet,ſed ne amouere quidem ſoricem qui exeſa eius carnem,nidũ feciſſe ac mures peperiſſet,Sus ubi annicula eſt, quatuor menſibus uentrem fert binis nutricat. Porcelli adhuc lactentes nefrendes dicuntur,ab eo ꝙ nondum fabam frendere poſſunt,id eſt frangere. Ad annum ubi uenerit,porcus ſalituræ nõ incongruit. pridie quam occidatur,potione prohibere oportet quo ſit eius caro ſiccior, deinde diligenter ſalire,ne fraceſcat & uictum ſapiat, neue tinea & uermibus lædatur. Dum ſalſuram facis in fundo dolii aut ſerie ſalem ſternito. fruſtra deinde ponito,cutis deorſum ſpectet. Tandiu caro in doliis remanet,quoad ſalem cõceperit. In carnario deinde, quo fumus penetret ſuſpendatur. hinc ſumes laridum pro tempore, hinc pnam, hinc petaſonem,hinc ſumen,hinc clandium,quare nõ in merito ruſtici ſalſaturam ſuccidam uocitarũt,quod inde ſuccidi ad eſum multa poſſunt,ut exhoreo fit,quem eundem ſecundam ſuccidi diem ruſtici appellauere. Colliguntur item multa ad pulmentaria ex porco nuper cæſo,ut adeps, Caro ſuilla tam recẽs quam ſalita, & ſi guſtum titillat,pernicioſa tamen omnino eſt ac mali ſucci,(ut ait Celſus).

¶De Liquamine. Cap. XLIIII.

Liquamē ex adipe porci,atq; anſer hoc modo fit. conciſum minutim ad carbones ignitos in cacabo pones,ne ſi ad flā mā ſuſpenderis fumū cōcipiat.tm̄ p̄ ſalis indes, q̄tum ſatis eſſe putabis.Liquefactū anteq̄ refrixit in ollam repoſitoriā colabis, reponeſq; ad uſum,ut ubi uoles eo uti liceat.Fit item liquamē ex anſerina & gallinacea adipe. ¶De Omento. Cap. XLV.

Mentū adipē illū eē ānuit Celſus,q̄teſtinis adhæret. Teſticuli inqt ſſe qddā medullis hn̄t,carēt ſanguine & oi ſenſu. Tunicæ eo℞ præſeſerūt.Eo deuoluūť plerūq; aut omētum aut iteſtinū Hoc genus morbi κηλη græci uocāt apud nos indeco℞,ſed cōe his herniæ nom̄ ē.Affert dolorē & ſcroto,& inguinibus & ab dn̄i.Fuere itē q dicerēt omētum eſſe pingue du℞.Macrobius uero omentum carthilagini pſimile eſſe dicit, quod qdem impoſitum oſſi cruciatū,dum ſectōem importat ſentit. Quod cerebrū inqt tactu ſuo hoiem torquet,uel frequēter interimit nō ſuo ſenſu ſed ueſtitus ſui id eſt omēti hūc portat dolorē.Ex hoc fit genus pulmēti, qd̄ omentum uocatur. ¶De Abdomine. Cap. XLVI.

Bdomen quod græci λαπαρα uocāt,uentris pars illa eſt,q̄ ab umbilico ad inguina inter carthilaginē & pellē ducitur Pingue id qdem eſt Satyro teſte,Mōtani quoq; uēter adeſt abdomine tardus.Celſi uerba hæc ſunt.Interdū.n. uel ictu aliquo uel retento diutius ſpiritu,uel ſub graui faſce iterior abdominis mēbrana ſupiore cute integra perrūpitur.Erit igitur abdomē, ex quo ſumen fit,quod idē uulua appellať.nec obſtat id etiā turgētibus porcæ papillis fieri cum circa abdomē mām̄æ ſunt. De lucanicis & reliqs pulpamētis,quæ ex ſuilla carne fiunt,ſuo loco dicetur.

¶De Aceto. Cap. XLVII.

Cetum ex uino fit,ſi uas fuerit uacuū & non clauſum. Aer .n. ex uacuo elicit potētiam eius. Nam cū uinū ſemina caloris in ſe habeat,ac uapidū fiat,tranſit in uiciū, quod acetū dr̄ adeo frigidū,ut ante oēs humores flāmam extinguat. Et quod

mirum uideri poteſt,ſaxa quæ ignis nõ coxit infuſum, ſtatim rumpit. Quod Hannibal ad taurinos ſaltus in difficili alpium tranſitu feciſſe legitur. Variæ ſunt auctorum ſententiæ de aceti qualitate. Ex calidis enim & acutis partibus quidam acetum conſtare dicunt, quod ex inteſa ipſius ſiccitate deprehenditur. Quidam uero plus frigiditatis in ſe q̃ caloris habere hac ratione confirmant, ꝙ bilem ꝙ ſanguinem reprimit, quodq̧ etiam pituitam uehementi acore incidit. Aceti uariam uim ex hoc deprehendimus ꝙ rebus frigidis mediocriter additum, frigidiores eas reddit. ſi calidis calidiores. penetrãdo enim quod eius maxime proprium eſt qualitates in rebus (ut dixit) auget. Acetum & ſi melancholicis lippientibus, ac dolore articulorum laborantibus, paraliticis, ſpaſmaticis propter uiã, q̃ malis humoribus ad neruos, & iuncturas facit, obeſt plurimum. moderate tamen ſumptum ſtomacho prodeſt, eius ardores compeſendo, ac deſiderium edendi inſtaurando. hinc fit, ut in cibis primæ menſæ eo plurimum utantur. Potum ac ſuperinfuſum morſui uenenatorum animalium mirifice adiuuat. Peſtilenti anno hoc uti in obſoniis ac odoratorum uice id pulſibus ac naribus admouere domiciliaq̧ humectare iubebur. Tollitur aceti frigiditas & uis nimia, ſi cum paſſulis decoctum fuerit. Liberatum acerrimo podagræ dolore. M. Agrippã ſupremis ſuis annis fuerũt demerſis in acetum calidum pedibus. Ex aceto & melle oximel fit, ut alia multa.

¶De Acore. Cap. XLVIII.

QVod agreſtã uulgo dicunt & omphacium Plinii, & acorem Macrobii auctoritate dixeri. Omphax eni (ut dixi) uuã adhuc acerbã ſignificat. Quare igit̃ magis appellem oleũ ex bacca ĩmatura omphatium q̃ agreſtam, quæ ab omphace fit nõ ſatis uideo, Acorem uero ita Macrobius exprimit, Acetum acerbius acore eſt cuiꝰ uim acreſta uehemẽtiorẽ eẽ cõſta, q̃ tẽperatius ſtomachi cõpeſcat ardores, nec ita corpꝰ emacrat, & diſſoluit, ut acetũ ſolet. Acor reſidẽti ſtomacho & æſtuãti ac ſitibũdo epati mire ꝓdeſt. Hoc & contra uenena, & in condiendis obſoniis cõmode ꝙ ſalubriter utimur.

PLATINÆ DE HONESTA VOLVPTATE LIBER TERTIVS.

NVces eas eſſe, quæ foris duro teguntur cortice, intus habent quod eſui eſt, ſatis cum de pomis loqueremur diximus de generibus tantum nunc dicendum uidetur, ac primum de iuglande, quæ uel a iuuando & glande dicta eſt, uel ꝙ ſit iouis glans, eandem græci baſilicam uocant. Habet enim hoc genus arboris nuces, quæ ſunt ſuauioris ſapore, ꝗ glans eſt. Vñ ꝑ exochen nuces tãtũ epitheto adiecto ꝓnunciamus. Affirmat Plinius græcos nuces iuglãdes a grauedine capitis uocitaſſe Ait.n.arboꝝ ipſaꝝ foliorũq; uirus in cerebrũ penetrare, ſed ad cibum nuclei faciunt. Sunt aũt recẽtes tuſſientibus inimicæ. Eædẽ ꝯſumptæ cũ ruta & ſale, cõtra uenena & peſtilẽtẽ aere Mytridatis auctoritatæ mirifice iuuant. Valẽt itẽ nuclei a ieiuno ꝯſumpti cõtra rabioſi canis morſum Putamẽ nucis cõbuſtũ tritũq;, ac ex oleo aut uino capiti infantis illitũ, alopeciã tollit, & capillum nutrit. Muſcę (ut ait columella) ab auribus canũ arcent', ſi aures amaris nucũ corticibus illitæ fuerint', Ex nucleis multa edulia fiunt, ꝑcipuæ uero alleatũ quo unã cũ ãnoſis ac pinguib⁹ carnib⁹ ad tollendũ faſtidiũ, ad excitãdũ deſideriũ uteſcimur. Ad hoc tundẽdũ deſudat .F. nr̃ ruſticell⁹, adeo ẽ aleati cupid⁹.

De Amigdal⁹. Cap. XLIX.

AMygdalũ ꝓ fructu uariare genus repperi. nã & generis fœminini & neutri legit'. Neutrũ ego analogia motus ꝓnũciauerim. Amygdalus quæ græca nux & lõga noſtris appellat' circa calẽdas februarias ſeri debet, qa pria gemaſcit. Eius fructus, qđ amygdalũ uocat', qa primus eſt auide nimiũ a pleriſq; cũ folliculo deuoratur. hinc crebri dolores capitis ac grauedines oriuntur. Sicca uero contra ebrietatem ualent, ſi ante uinum quinq; ſumantur. Ex his inflammationes oriri illo argumento deprehenditur, quod uulpes deuoratis amygdalis moriuntur, niſi aquam in proximo ha.

buerint. Oleum in quo decocta ſunt infuſum capiti: caducos & lethargicos excitat. Vlceribus in ueteratis ac canis morſibus trita cum melle ſubueniunt. Renum dolores ex aqua pota extingunt admixto modico paſſo, quod ſolet potionis amaritudinē lenire. Amara enim medicinæ magis, q̄ eſui ſunt accōmodata. Dulcioribus & confectis, & ſeorſum in ſecunda & tertia menſa ueſcimur.

¶De Auellana. Cap.L.

NVcem auellanam, ſeu præneſtinam, quam Græci ponticam uocant, ex corylo naſci manifeſtum eſt. Hæc i cibo ſumpta ob eius caliditatem commixtam ſiccitati, capiti dolorem iniiciunt, inflammatione ſtomachum exagitant, corpus tamen maxime nutriunt. Toſtæ diſtillationibus mitigandis utiliſſimæ ſunt. Tritæ ac ex aqua mulſa potæ etiam uetuſtiſſimæ tuſſis modeſtiā ſedant ex axungia uel adipe contritæ, & alopeciis illitæ capillorum damna reſtituunt.

¶De Nucibus pineis. Cap.LI.

EX nucibus pineis, quæ reſinam habent diſtractis pinei nuclei eliciunt, qui in cibū ſumpti humores optimos gignūt, ſitim ſedant, ſtomachi dyſcraſiam tollunt, urinam purgāt. Nuclei cū uuis paſſis frequētius ſumpti uenerē et iacētem excitare credunt, eandē uim hn̄t & cū ſaccharo cōditi. His crebro nobiliores, ac diuites tpe ieiunii in pria & ultima mēſa ueſcunt. Liquat ſacchaꝝ cui pinei inuoluti cū trulla in paſtilli formā rediguntur. His adduntur bracteæ aureæ ad magnificentiam credo & uoluptatem.

¶De Caſtaneis. Cap.LII.

CAſtaneam, q̄ heracleotica uocat inter nuces Virgilius nūerat uno carmie, Caſtaneæq; nuces mea q̄s amaryllis amabat. Generat & hæc ex omnibus q̄ eſui dant robur in membris & uim, ſed difficillime coquunt maxime uero a phlegmaticis, niſi cū ſaccharo, & melle fuerint in cibum ſumptæ. Elixæ uero & adhuc calidæ mane ante cibum cū melle datæ tuſſientibus ꝓſunt. Torrentur itē ad flamā i patella ꝑforata, nec eius ſuauitatis ſūt nec nutrimēti, cuius hn̄tur ſub carbonibus lento igne decoctæ. Has ſuauius edē

mus cum caſeo i tertia menſa. Interior caſtaneæ membrana quæ cor, ticem fructumq; diſterminant ad tertias in aqua decocta ac potui oblata, mire aluum fluentem refrenant.

De Siliquis. Cap. LIII.

Siliquæ quia durum habent corticem, non imerito nucibus annumerãtur. Hoc nomen eas adeptas puto quia ſiliquis fabæ & lupini, & ſi maior ſit pſimilis apparet, carobas uulgo appellamus, Quæ ſi recentes fuerint, ſtomachum lædunt aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ in contrarium agunt. Cibus earum urinam ciet, & ad ſtomachi dolore non leue præſidium eſt, ſi terne in ſextario aquæ ad dimidias coquãtur, iſq; ſuccus per dies quinq; cõtinuo hauriatur. Galienus tamen de ſiliquis peſſime ſentit q; uis coquantur, & uentrem ſtringant, & humores noxios augeãt. Affirmat ualerius ſlaccus uiterbienſis medicus noſtra ætate egregius ſiliquas in tertia menſa ſumptas uetare, quæ minus uapores antecepti cibi caput petant.

De piſtachiis. Cap. LIIII.

Piſtachia auellanis ſimilia ſunt, his medici i pharmaciis utũtur. Eoſdẽ fere uſus hñt, quos nuclei pinei, pterq̃ ad ſerpẽtũ ictus. Auſteræ.n.& ſtipticæ uirtutis ſũt. Ideoq; ẽt ſtomacho accõmdata creduñt, maxime tñ cõſtat ea & thoracis, itẽq; pulmonis ac iecoris ulcia purgare.

De Pipere. Cap. LV.

Aromata, quibus in pulmentariis utimur, multifariam habentur, & omnia qdem prius ab externis in noſtram prouintiam importata. Ex arboribus hæc fere colliguntur, ut piper quod in fronte caucaſi loco ſolibus oppoſito ex arbore iun iperis nrs aſſimili naſcitur, Diſtant autem piperis ſemina a iunipero paruulis ſiliqs, quales in ipſis faſceolis uidemus. Hæ priuſq̃ deſiccantur decerptæ ad ſolemq; toſtæ, faciunt quod piper longum uocatur. Paulatim uero dehiſcentes ob maturitatem oſtendunt candidum piper, quod deinde toſtum ſolibus calore magiſq; mutatur. Eſt & quoddam genus piperis quod propter cæli intemperiem carbunculat. Id ex omnibus aſperrimum eſt leuiſſimumq; & pallidũ

Gratius quidem nigrum habetur. Leuius utroq; candidum. Naſci, tur piperis arbor in arabia ſolum,& troglodytica, ueꝝ hodie quoq; in Italia myrto nec abſimilis amaritudine,fructum facit minus decoctum,Eſt autem piper calidum & ſiccum, & ob hanc rem ſtomachū & epar concalefacit.Biloſis nocet,uentum ex aluo reſoluit & pellit. urinam ciet.Eius uero uſus in hyeme magis q̃ in æſtate laudatur.

¶De Cariophilo. Cap. LVI.

Cariophilum fortaſſis χαξιιοφυλλον dicitur In india naſcit, granis piperis aſſimile uidetur, niſi ꝙ grandius aliquantulum & fragilius eſt. Arbor eius folia habēs parua denſaq; in ramos trium cubitoꝝ conſurgit,cortice pallido,radice lata ligno, ſaq;.In uirtute etiam ferme idem cum pipere eſt. epati tñ minus no, cet,q̃ piper ac uim cõtra uenena hẽt.

¶De Cinamomo. Ca.LVII.

De cinnamomo,quæ Herodotus narrat fabuloſa ſunt ac fal, ſa.Naſcitur autem in æthiopia,cuius frutex ſitu breuis eſt, ramo humili ac repreſſo,cum nunq̃ ultra duas ulnas aſcē, dat. Quatuor digitorum craſſitudinem habet. Naſcitur autem in uepribus dumiſq;,& ob eam rem non ſine moleſtia colligitur.Cinnamomū uirgulti cortex eſt,cuius præcipue bonitas in ſum, mo ad longitudinem palmi tenuiſſimis partibus habetur. Secūdas partes tenet,ſed breuiore menſura,quæ huic propinqua. Viliſſimū, quod radicibus ꝓximum. Radicem eius magni ponderis dicatam in templo capitolini Iouis & pacis,a Veſpaſiano imperatore uidiſſe ſe aſſerit Plinius.Cinnamomi natura calida eſt & ſicca,concoctionē facit,ſtomachum atq; epar ui & odore iuuat. Cinnamum idem eſſe cinnamomū crediderim.In illo enim meo iudicio facta ē ut metrum ſyncope.

¶De Gingeberi. Cap.LVIII.

Gingeberis uirtus calida eſt & ſicca.licet aliqua ex parte ad corruptionem tendat,cum putreſcat,ut lignum tinea cor, roſum,ſtomacho frigido ſuccurrit.eius nimiam uliginem ex eſu fructuum uiridium contractam deſiccando.Contra uenenatorum morſus pro antidoto habetur.

De Nuce Moſcata. Cap. LIX.

NVx quam pinguentarii moſcatam appellant, calida eſt & ſicca. Corpus humanum ui ſua & odore adiuuat, oculorũ aciem hebetatam acuit. uomitũ ſedat. appetentiam inducit, ſtomachum atq; epar fouendo. Hæc omnia quæ aromaticam uim hñt, integra & tonſa ſeorſum aut mixtim eſui hoium uehementer ſunt accommodata.

De Croco. Cap. LX.

ARomaticis nõ iniuria crocũ (qđ genus uariat) addiderim, cũ eoꝝ uirtutes colore, quo ſæpius ornanť, & ſapore: i quo nõ paꝝ uiriũ ineſt augeat. Crocũ ſilueſtre, & ſatiuũ hẽmus. Radices hẽt bulbo aſſiles. eiuſdem tñ ubertatis & grǣ non ubiq; eſt, Prima nobilitas cilicio aſcribiť, & ibi in tauro monte, & in timolo, ſecunda lycio, tertia italico. Adulterať tñ ubiq;. Optimũ crocũ ubi manu tangiť ac ſi fragile eſſet crepitat. Altera ꝓbatio. ſi manu ꝓlatũ ad ora fuerit, leniter faciẽ atq; oculos mordet. Optimũ ubiq; qđ pinguiſſimũ qđq; ſtatim redolet. floret uergiliarũ occaſu, paucis diebus flore & folio uiret. Bruma colligiť, ſiccať umbra. Croci moderatus uſus, cuius uis calida & ſicca eſt pulmoni pectori epati: cordi ꝓdeſt. Potũ cũ uino, qa uehementis odoris eſt ebrietatẽ facit. Crocũ adoleſcentẽ in florem ſui nois mutatum, poetaꝝ narrant fabulæ. Sunt tamen qui crocum dictum putant a corico ciliciæ oppido.

De Acrimoniis, & primum de allio. Cap. LXI.

ALlium quo plures habet nucleos, eo aſperius eſt. Halitum ut cepa, portus, aſcaloniũ, ac bulbi oẽs inſuauiorem facit. Aiũt tñ radicẽ betæ ſub prunis toſtã, ac ſup alliũ deuoratã, tetrũ eius odorẽ extinguere. Extat & aliũ ſilueſtre, qđ græci ſcorodon uocant. Domeſtico certe magna uis ineſt & utilitas qppe pniciosis hoium malis uehementer reſiſtit. ſerpentes & ſcorpiones, itẽq; alias latẽtes beſtiolas odore ſolo fugat. Morſui canino cũ melle ſuccurrit. Eius ſuccus cũ oleo mixtus, & uenenatos ictus & ulcera i corporibus ſanat. Fuere ẽt q alliũ elixũ freneticis darẽt. Coctũ in faba tuſſim & ſuſpirationẽ pectoris mitigat. Vtilius tñ coctũ & uiride,

q̄ crudum & ſiccum exiſtimat, cum multa ſiunt edulia præcipue ue ro moretum & alliatum, quibus urbani raro, ruſtici q̄ ſæpiſſime utun tur. Seritur liratim ſpacio palmari.

¶ De Cepis. Cap. LXII.

Cepaꝝ genera græci plura fecere, ut ſardã, ſamothraciam, aſcaloniã ab aſcalanio iudeæ oppido noiatam. Vñ & qdã aſcaloniũ mutato gẽre ſcripſere. Omnibus odor lachri moſus ineſt. Minus tñ tuſculana uehemens imo ꝑpe dul cis. Cepa ruffa acrior q̄ candida. ſicca q̄ uiridis & cruda q̄ cocta. ſic ca q̄ condita. Frigida humida ac ſabuloſa amant loca. Seruantur be ne ad fumum ſuſpenſæ, optime paleis, menſe martii & aprili cepam februario aſcaloniam ſerũt ruſtici, De cepis idem medici ferme ſen tiunt. His uidelicet inflammationes incendi, caput prægrauari, cere brum ac memoriã lædi, ſomnũ prægrauẽ induci, humores phlegma ticos nunc generari, nunc reſcindi. Quidam tñ eas temperate ſum ptas ſalubres putarunt, ꝙ aluum molliant, ꝙ ſomnum inducant, ꝙ appetentiam faciant. Ventrem præterea excitant, & eius fomenta ſalaci humiditate augent. Contuſa ſepa ac emoroidibus ſupimpoſi ta eas aperit. contra uenena & corruptelã aquaꝝ allio aſſimilis oino Cepullam a cepa diminutiuum fecit Apitius. hoc genus bulbi aliã a cæteris ſortiri naturam uidetur. Solum enim creſcente luna decre ſcit, rurſum decreſcente creſcit. Aſcalonia eiuſdem prope uis eſt, cu ius cepa, quãquã minor ſit & minus orbicularis. Surgit cepa uno ca pite unoq; caule, obſoniis apitianis admodum celebris.

¶ De bulbis. Cap. LXIII.

Bulbi megarici a. M. Catone præcipue laudantur. Verum nobiliſſima inter hos habetur ſquilla, & ſi magis ad medi cina faciet. Bulborum genera græcis nominibus explica ta, odore ſuauitate, ſapore, magnitudine differunt. Om nia tamen feruidæ ſunt naturæ. & ob hãc rem mouere libidinem di cuntur. Bulbos innuit Celſus omnia olera capitata, uel quorum ra dices eſui dantur appellari. Nam cum de qualitatibus ciborum lo queretur & ualentiſſimum cibum dixiſſet, in quo plurimũ alimen

ti, ineſſet. In media inquit materia numerari eas ex holeribus debe-
re quorum radices uel bulbos aſſumimus ac paulo infra. Ex legumi
nibus inquit ualentior faba, uel lenticula, q̃ piſum. Ex holeribus ua-
lentior rapa napiq; & omnes bulbi, in quibus cepá quoq; & allium
numero, quæ paſtinacha, uel quæ ſpecialiter radicula appellatur, Tan-
ti fecit. Pythagoras bulbos megarẽſes, ut de eorum natura uolumen
compoſuerit. Scribit Varro bulbos uenerẽ excitare. & ob hanc rem
in nuptiis edẽdos. Idẽ ſẽtit & Apiti⁹, ſed his addit nucleos pineos, eru
cæ ſuccũ, & piperis aim. Bulbos Martialis ſalaces uocat, ꝙ etiam de
mortuam uenerẽ excitẽt.

¶ De Porro. Cap. LXIIII.

Porri duo ſunt genera, ſectiuum & capitatum. Sectiuo Ne-
ro Cæſar auctoritatem dedit edens ſingulis diebus cum
oleo, conſeruandæ uocis gratia. Cantare enim non modo
priuate, uerum etiam publice, & in ſcæna gaudebat. Debere etiam
porro ſe plurimum, cum bene cantauit profeſſus eſt. Poſt ſationem
deſecatur, quo fiat capite craſſius. Laudatiſſimum, quod in ægypto
naſcitur. Mox hoſtienſe & aretinum in precio fuere. Porro capitato
ad multa corporis uitia Hippocrates uſus eſt. Eius enim ſuccus pro
fluuium ſanguinis ſiſtit contra etiam uenenatos morſus cum mero
uel aqua mulſa potuſq; plurimum ualere creditur. Sanat & cum la-
cte mulieris ſumptus ueterem tuſſim, ac pulmonis ulcera. Comman
ducatum contra uenena fungorum ualere putatur, fracturas etiam
alligat, duriciem relaxat. Vulnera recentia cum ſale appoſitus ſtatim
claudit ebrietates diſcutit. uenerem ſtimulat aluum mollit. Eius tñ ni
mius uſus capitis dolores facit mala ſomnia preponit. dentes & gin
giuas corrumpit. uiſui nocet. Edere porrũ poſt lactucas portulacas,
atq; olera frigida non eſt inſalubre. Periere quidam epoto ſucco fla-
uidioris porri, ut Melas eques Romanus in carcerem cõiectus Ti.
Ceſaris iuſſu.

¶ De Feniculo. Cap. LXV.

IN hortis holitoriis naſcuntur herbæ quædam ſatiuæ qua-
rum tum ſemine, tum caule pro conditura obſoniorum uti
mur hæ magna ex parte odoriferæ ſunt. De his uero quem

admodum uel minutal uel edulium conficitur, ſuo loco dicetur. Fe-
niculum ferulaceum Plinius uocat, ꝙ e ferulis, ut multa alia naſca-
tur. calidam uim habet & ſiccam, non tamen ſimplicem. Admixtam
ei auſteritatem eſſe guſtus ipſe oſtendit. Traditum eſt ſerpentes, qui
bus feniculum gratiſſimum eſt, ſenectutem huius holeris guſtatione
deponere, & oculorum caligine, quã lõga in ſubterraneis locis mo-
rã cõtraxere, cõfricãdo caput inter ipſas ferulas deponere. Vtimur er
go hoc holere & crudo & cocto non ſine cauſa. Bonos. n. humores
generat. pectori confert, & intercluſos uenarũ meatus aperit. coctũ
cum cicere urinam ciet. Pulmonis & iecinoris iniurias abigit. Valẽt
& eius folia ex aceto trita ac pota aduerſus ſcorpionum ictus. Præte-
rea contra ſerpentes oportune ſemen eius ex mero ſumitur. Satum fe
niculum cum ficu ſicca ſuauiorem eſui deprehendes. Sunt qui eius
ferulas ſuperueniẽte hyeme uſq; ad terram abradant, fimoq; bubu
lo aut humano ſtercore integant, quo ſequenti anno dulcius fenicu-
lum faciat.

¶ De Cumino. Cap. LXVI.

CVminũ colũbo gratiſſimũ eſt, in ſupficie terræ uix hærens naſcitur, & in ſublime tendit. Putrida amat & calida loca. medio ferendum uere. Eſt & alterum genus ſilueſtre, qđ ru
ſticum uocant, alii thebaicũ. Huius tamẽ ferule in æthiopico & aphri
co ſolo mirum in modum creſcunt. Naſcitur & in regione nr̃i orbis.
Calidum & ſiccum habetur, Ventris tormina reprimit. urinam pro-
uocat. Eius nimius uſus pallorem inducit. Hoc hypocritæ quorum
magna copia ob aucupium & ambitionem ubiq; eſt, ad fallendum
utuntur.

¶ De Aneſo. Cap. LXVII.

ANeſum & crudũ & coctũ a Pythagora inter pauca laudat᷑. Viride itẽ atq; aridũ oibus qbus cõcõdit᷑, gratiſſimũ uſum præſtat. Laudatiſſimum eſt creticum, proximum ægyptiũ. Eius uſus appetentiã pſtat. cõditũ cũ ſaccharo turgidas al
uos exonerat. edit᷑ tñ cõmodius in tertia mẽſa. Vapores. n. caput pe-
tẽtes reprimit. oris halitũ iucũdiorẽ facit fetorẽq; tollit. Ciet urinam,
dolori capitis medetur, neruis prodeſt, uenerem excitat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De Papauere. Cap. LXVIII.

PApauer quod greci μηκωνα uocant & ſatiuum & ſponte naſcens reperitur. Huius duo ſunt genera album & nigrum. E nigro ſopor concipitur, albi caulis tritus, & ex uino potus, elefantiis medetur. Satiui tria genera. candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud ueteres dabatur. E nigro inciſo fructus exprimitur, quo medici in curandis ægrotis utuntur. Eſt & tertium genus, erraticum uocant, ꝙ cum ordeo naſcatur. Erucæ hoc quidem ſimile. Succum papaueris medici opion uocant quo & curas tollunt. Si nimiæ fuerint, & ſomnum indigentibus faciunt. Hoc eodem opio ſumpto .P. Licinium prætorium uirũ, in hiſpania tedio uitæ interremptum legi.

De Coriandro. Cap. LXIX.

COriandrum Aegyptium ut præcipuum habetur inter ſilueſtria non inuenitur. Tritum ac potui datum magnam habet uim ad refrigerandos ardores. Non eſt edendum ſimplex propter innatam maliciam, ſed uel cum melle, uel cum uua paſſa, uel noſtro more, qđ ſuauius eſt ac ſalubrius aceto præparatũ, ac ſaccharo inuolutum. Hoc in tertia menſa commodius utemur ad reprimendos uapores caput petentes ſtiptica illa in qua plurimum ualet. Rem miram tradit Xenocrates ſi uera eſt, menſtrua cõtineri uno die ſi unum granum tritum biberit fœmina, Biduo ſi duo & totidem diebus, quot grana fuerint. M. Varro coriandro ſubtrito cum aceto carnem incorruptam æſtate ſeruari putat.

De Menta. Cap. LXX.

MEnta ſuauiſſimi odoris herba eſt hanc fuiſſe puellam a Plutone amatam ferunt poetæ, uerſamq; in herbam ſui nominis a Proſerpina cuius pellex erat, hinc præterea mentulã dictam, quaſi donum amoris, uel quaſi meritam, uel ꝙ menſa grato odore percurrat. Excitat enim hæc herba propter inflammationem, & humiditatem demortuam uenerem. Hanc ob rem crediderim ueteres exercitu duces uetuiſſe militem quem caſtum uolebant. Vnde

& caſtra ſunt dicta,hac herba ueſci Appetentiam inducit menta, & obeſos a marceſcentia conſeruat,lætum cor reddit, ſtomachum iuuat,lūbricos interficit. Contra morſum canis rabioſi ualet plurimū. Seritur menta æquinoctio uerno,melius tamen ſurculo uenit q̄ ſemine,humido minus gaudet Aeſtate uiret, hyeme flaueſcit, ſemel ſata diutina ætate durat. Eſt & mentaſtrum ſilueſtre genus, quod ut uitis propagatur.

¶De Apio. Cap. LXXI.

Seritur & apium eo tempore quo menta.Dictum eſt apium, ꝙ apex hoc eſt caput in achaia uictorum ſacri certaminis eo coronaretur,aut ꝙ eius flores apes libenter paſcuntur. Aiunt Herculem apio,populo,oleaſtro in coronis uſum, Apii radices in uenena mirifice agunt & quia amarum eſt,medicinæ magis q̄ eſui conuenit.Sunt qui hanc herbam ambroſianam uocent.

¶De Serpillo. Cap. LXXII.

Serpillum a ſerpendo dicitur tam apud nos,q̄ apud græcos. In montibus enim eadem ratione, qua ſiſimbrum longe ac lateſcatet.Satiuum minus ſerpit. Aduerſus ſerpentes efficax eſt,capitis dolores decoctum in aceto, & illitū tēpori mire tollit.

¶De Pulegio. Cap. LXXIII.

Pulegii duo genera ſatiuum & ſilueſtre.Satiuum ad recreandos animos labore defatigatos plurimum ualet. Maxime ſi eius ſurculi in ampullis uitreis cum aceto detineantur, qua de cauſa corona uatum ex pulegio magis, ꝙ capitis dolores leuet,q̄ ex roſa fit. Tuetur & capita olfatu,contra frigorum æſtuſq; iniuriam. Neq; eos æſtuare, qui duos e pulegio ſurculos impoſitos auribus in ſole habeant legimus. Flos recentis incenſus pulices odore necat. Silueſtri pulegii eadem uis, quod quidem origano perſimile habetur.

¶De Cardis. Cap. LXXIIII.

Cardos præcipuos habet Carthago magna, Cordubaque. Veniunt cardi duobus modis autumno planta, ſemine autem nonas martias, ſtercori in locis frigidis amant.

Conduntur ad uſum cardi ex aceto & melle diluto laſeris addita ra dice & cumini ne quis dies ſine cardo ſit,ſunt & cardorum illuſtriũ duo genera, unum fruticoſius altero, quod imo caule craſſius eſt. Vtriq; folia pauca & ſpinoſa,atq; aſperis acuminibus,florem purpu reum & cito caneſcentẽ facientia.Illud ſatiuum eſui datur.Hoc pro pter ſubauſteram mordacitatem ſtomachum iacentem, ſi non auſ dius ſumatur erigit & componit.Eius radix ex aqua cocta cupidita tem bibendi potoribus ſubminiſtrat. Matrici utiliſſimus hic eſt ci bus,hinc eſt ꝙ adeo a feminis appetuntur cardi.

ℂDe Saluia. Cap.LXXV.

SAluia calida & ſicca in multis cõdimentis utimur,nec mi rum cum herba ſalutaris ſit. Nam & contra paralyſim ua let,& dentibus illita ꝓdeſt, & ſerpentum uenenoſos mor ſus ſedat.

ℂDe Ocymo. Cap. LXXVI.

QVod græci ὤκιμον nos quoq; prima longa ocymũ dicemus, Id eſt meo iudicio,quod uulgo baſilicon uocant. Vere ſeri tur,æſtate plantatur, quia melius ſurculo creſcit. Inferius primo deinde ſuperius floret (ut ait Theophraſtus) & diu in flore durat.Chryſippus medicus ocymum uicio dedit,ꝙ ob ſit ſtomacho, ꝙ oculos hebetet, ꝙ inſaniam facit, ꝙ iecori obſiſtat, & ideo caprã hoc genus herbæ nunquam contingere.Præterea ſi tritum lapide cõ tegatur ſcorpiones gigni.Commanducatum & in ſole poſitum uer mes creare,pediculos nutrire. Aphris quoq; putant hoc eſſe perſua ſum, ſiquis eo die, quo ocymum ſumpſerit a ſcorpione feriatur, nullo modo poſſe ſaluari. Verum hæc omnia uſu falſa depræhen duntur. Cum & ocymum capræ edant, nec mens olfantium homi num immutetur, & ſcorpionum terreſtrium marinorumq; ictibus addito uini acetiq; exiguo medetur. Vſu quoq; compertum eſt defi cientibus ex aceto odoratum ſalubre eſſe. Affirmat Gal. ſcorpionẽ odore ocymi mire delectari & ob hanc rem ad eius caulem libenter accedere mediocriter tamen ſumendũ eſt ꝓpter eius uim nimiam, quæ ex caliditate prouenit,

ℭDe Ruta. Cap. LXXVII.

Hyemē odit ruta,apricis ac ſiccis gaudet locis cinericia terra uult nutriri. Amicitia ei eſt cum ficu,adeo ut nuſq̃ lætior proueniat,quam ſub hac arbore. Seritur ſurculo melius in perforatam fabam ocymo difficilius areſcit. Duraſta rūcatur non ſine difficultate. Vlcera enim pruritiua,ut urtica manibus indit. Conduntur eius folia ſeruanturq; ad uſum faſciculis qbuſdam. Ruta ualde hominibus ſalutarem teſtatur tot antidota medicorum, huius herbæ nomen extollentium,e qbus illud dioſpoli præclarū, q̧ ſtomachū excitat,concoctiōem iuuat,aluum mollit,biles extenuat, uicia pectoris lateris iecoris ac renum mitigat. De Mythridatico illo præclaro, quod cum ruta fit ſatis ſuperius dictum eſt. Rutæ duo genera ſatiuæ & agreſtis,ac ſumpta in cibum muſtella contra ſerpentem, cum quo dimicatura eſt ſe armat.

ℭDe Eruca. Cap. LXXVIII.

Ruca calida eſt & ſicca, & ob eam rem dicta quaſi uruca igneæ enim uis eſt,& crebro in cibum ſumpta uenerē mirum in modum excitat. Naſcit̃ erura facillime æſtate & hyeme,præcipue autem frigoris contemptrix eſt. Lactucæ crudæ eſui datæ ad temperamentum frigiditatis additur. Sunt qui ſcribant erucam calidam quidem eſſe non tamen nimium ignitæ uirtutis. Radix eius in aqua decocta extrahit oſſa,quæ fracta ſunt. ſemen e uino potū in ſcorpionū uenena ualet plurimum. In cōdiendis obſoniis tāta eſt huius herbæ ſuauitas,ut ea græci appellauerit.

ℭDe Naſturcio. Cap. LXXIX.

Aſturcium nomen accepit a narium tormento,inde quoq; uigoris ſignificatio deprehenditur. In arabia miræ amplitudinis gigni ducitur. Hoc ut peculiari cibo pſæ illi utebantur,(ut ait Xenophon)qui ſub Cyro militarunt. Naſturcii uis ignea eſt,uſum tñ uenereum uidetur inhibere. Nimius eius uſus ut erucæ nocet,moderatus prodeſt. Nam & animū exacuit,& aluum purgat ac bilē detrahit. Valet item ad plurimos medicinarum uſus.

¶De Thymbra. Cap.LXXX.

THymbra Plinio teſte apud nos ſatureia dicit̃, herba eſt aromatica, & grauiter ſpirans, quod & Virgilius carmine explicat. Et grauiter ſpirans copia thymbræ. Seritur hæc herba origão æmula mẽſe ianuario. Satureia urinã mouet, & ex uino pota lethargicos i morte dormiẽtes excitat. Cõtra aialia quoq; q̃ aculeis ſæuiũt nõ iutilr adhibet̃. Venerẽ facit hæc herba, uñ bñ a ſaturitate, in qua libido ineſt nomen acepit.

¶De Nepita. Cap.LXXXI.

NEpitam Græci: calmiten noſtro uulgo dici affirmant, magnæ uirtutis eſt, ac uehemẽs in calore unde ẽt nobiliſſimis antidotis meruit aſcribi. Stomacho .n. ac ꝑcordiis utilis habetur, pituitas capitis thoraciſq; ſoluit ac purgat. Iecori medetur, duriciem lienis reſoluit, calculum pellit, urinam ciet. Tam ſimplex q̃ cum aliis herbis, ad hæc quæ diximus facientibus tunſa cribrata pinſita multũ ꝓdeſt,

¶De Anitho. Cap. LXXXII.

FErit̃ anithũ nõ minus coquoꝝ q̃ medicoꝝ gra ia Huic calida uis ineſſe tradit̃ nec olno auſtera. In ſe .n. habet aliquã molliẽdi poteſtatẽ, & ſi græcis auctoribus credimus, ita nutrit ut Athlætaꝝ cibũ ſine anitho ludoꝝ magiſtri eſſe nullo mõ paterent̃. Aegrotãtibus ꝓdeſt cũ oleo tepefactũ ac cerebro inſuſum. Credit̃ ẽt dare illis aliq̃s ex febre indutias. Dolores capitis mitigat, neruoꝝ tẽſura relaxat, nõ dormiẽtes ad ſpem q̇etis inuitat, Coctũ in aq̃ cyathis tribus ac potui datũ ſtomachi q̃relas miro mõ releuat. Ructus præterea mouet, quia concoctionem adiuuat. Tormina ſedat. aluum ſiſtit, ſemen eius ferue factum & admotũ naribus ſingultu ſedat.

¶De Thymo. Cap. LXXXIII.

THymus herba dulciſſima eſt, apibus (ut ait Maro) amiciſſima, ut Nerme galathea thymo mihi dulcior hyble. Sũptũ hoc nomẽ a redolẽtia uidet̃. Florẽ epithymũ hæc herba generat, q colloctus i umbra ſiccat̃. Sũt ãt ei⁹ duo gña cãdidũ radice ligno ſa, in collib⁹ naſcẽs, qd ẽt ꝑ fert̃. Alteꝝ nigri⁹ floriſq; nigri, utrũq; cibo & medicamẽto cõuenit. Eſt calidæ ſimul auſteræq; uirtutis. Thy

mus ſūpt⁹ i cibū caliginē diſcutit, lūbricos īterimit urinā ipellit, mē-
ſtrua feminis puocat, partus emortuos extrahit. Trit⁹ cū melle & i ci
bo datus pituitas ſoluit. Mixt⁹ polētæ & i uino macerat⁹ coxen dicīq;
feruēs ſuppoſit⁹ ſciaticis ſalutaris ē. ¶ De origano. Ca. LXXXIIII.

SVnt q̄ græce origanū dcm̄ putent, q̄ꝑ uinū coloret, ueꝝ ſi ſic
eſſet, origenū pnūciari deberet. Facta eſt in noie huius her
bæ magna mutatio cum ex eradium & enſten græci uoca
uerint. Efficax eſt origanum in medicina magis q̄ i cibo. Nec minus
ſatiuum qui ſilueſtre. Tritū ex uino albo ac potui ſumptū ſcorpionū
& arachneoꝝ uenenis reſiſtit, cruditates diſcutit, morſus ſtomachi
ex aqua calida datum lenit. ¶ De Ceripholio. Cap. LXXXV.

CEripholio ignea uis & acerrima ineſt, tritum & hauſtū cū
uino lateres mitigat, ex aqua mulſa pituitā reſoluit. Ex ace
to lumbricos & tineas perimit, urinam ciet, menſtrua pel
lit. Tritum cum cera & axungia parotidas ſoluit. Eſt enim
parotida morbus ſimilis glandulis, quæ circa aurem naſci ſolent, un
de & parotida dicitur. q̄ iuxta aurem, quā græci o cμ uocant naſcat.

¶ De Amaraco. Cap. LXXXVI.

QVod ægyptus & ſyria ſanſucum appellauere, diocles & ſi
cula gens amaracū uocauit. Narrat̄ in fabulis hunc fuiſſe
pueꝝ regiū, q dum p̄cioſa ferret unguenta, caſuq; plapſus,
fracto uaſe, uehementi illo ac ſuauiſſimo odore afflaretur, in odorife
ram herbam conuerſus eſt. Hanc Diaſcorides dicit a romanis pſam
appellari. ſeritur utroq; modo ſemine & ſurculo, ſed hæc iuuatior &
odore melior. Calidus eſt amaracus & ſiccus, nariū meatus aperit,
humores glutinoſos a capite deiicit. Tritus ex aceto ac ictu ſcorpio-
nis ſuperpoſitus ægroto medetur.

¶ De Ennula. Cap. LXXXVII.

ENnulæ calida uis & ſicca eſt. Radice eius in q̄buſdam pul
mentis utimur hyeme p̄ſertim q̄ ſalubrior habet. cor. n. mi
rifice iuuat, pulmonē a malis humoribus defendit. ſchiati
cis & articulorum dolore laborātibus, ac ægritudinibus a

frigiditate natis prodeſt. Eius ſuccus potus fugare lumbricos putat & uenenatorum morſus abigere. A ieiuno ſumpta dentes cõfirmat.

ⅭDe Siſymbrio. Cap. LXXXVIII.

SVnt qui ſiſymbrium tymbræum appellent. Surgit hæc herba pedali altitudine. Quod in irriguis locis naſcitur ſimile naſturcio eſt, ſatiuum & ſilueſtræ reperitur. Vtrunq; aduerſus aculeata animalia, ut crabones ueſpas, & ſimilia efficax eſt, capitis dolores ſedat, uomitus, ſingultus, ac tormina reprimit. Stomachi diſſolutiones cohibet, ſiue in cibo ſumptum, ſiue in ſuccum potum.

ⅭDe Marubio. Cap. LXXX X.

MArubium eſt, quod græci propter amaritudinem uocant, a quibus & inter primas herbas connumeratur, cuius ſemina foliaq; trita contra ſerpentes proſunt. Pectoris & lateris dolores, tuſſimue ſedãt. Caſtor marubii duo genera tradit, nigrum quod magis probat, & candidum. Ex utroq; minuatim conciſo, & farina ſubacto. fiunt offellæ, quibus ex oleo in patella frictis i prima menſa ad ſalubritatem ueſcimur, lumbricos fugare credũtur, & ob hanc rem pueris apponi ſolent.

ⅭDe Abrotano. Cap. XC.

ABrotanum iucundi odoris ac grauis herba eſt, dicunt hoc nomen ab abrotonio femina in herbam cõuerſa ſumptum Flos eius aurei coloris eſt ſponte prouenit, & in cacumine ſuo ſeipſum propagat. Seritur autem ſemine melius quam radice aut ſurculo. Et ſemine non ſine negocio plantaria tranſferunt. Læditur abrotanum nimio ſole. Verum ubi ex temperie conualuit uiciuum ritu fruticat.

De Hyſſopo. Cap. XCI.

OPaca & humida loca amat hyſſopus. Sunt qui & hyſſopum neutro genere pronunciant. Hæret & ſaxis radice, ac caule Guſtatu feruens eſt. In oleo contritum phithiriaſi, hoc eſt morbo pediculari reſiſtit, & capitis pruriginem tolit. Optimum eſt cilicium e tauro monte, deinde pãphilium. Sumptum cum

fico, farina,

ſico,farina,melle,ſale,& cumino pectus & ſtomachum iuuat,ſimplex omnino contrarium eſt.

¶De Petroſellino. Cap. XCII.

QVod græci petroſelinon,nos petrapium poſſumus appellare.Hoc & Columella holus atrum uocat, ſunt & tamen qui dicant holus atrum idem eſſe,quod hipoſelinon.Ad macerias ſeri gaudet, umbra enim fouetur. Si non radicitus euellitur æuo durat,& caules ad uſum obſoniorum ſub miniſtrat. Macedonicum a guſtu ſuauitate & odore aromatico mirifice laudatur. Nam improbatur etiam alexandrinum,& ſmirnæum. Aduerſatur hæc herba ſcorpionibus,poto ſemine torminibus intraneis medetur.Idem ſemen decoctum,& mulſo potum difficultates urinæ tollit.Radix eius in uno cocta calculos pellit,lumborum ac lateris dolores,canis rabioſi morſibus pota & illita medetur.Eſt & aliud genus quod orthoſelion uocatur,hoc ſurgit recto frutice,ſemen habet cumino ſimile, menſtruis & urinæ efficax.Addidere quidam opoſelinon differens ab aliis generibus breuitate,caule ſatiuo,& radicis colore ruffo,eiuſdem tamen uirtutis eſt, cuius & primum illud genus. Nam & ſcorpionum ictibus, & morſui canis ſemen huius, quod & holus atrũ licet appellare, ex uino datum ocurrit. In mulſo decoctum ac potui datum difficultatibus urinæ medetur. Tormina uentris, & cæteras inteſtinorum quærelas eodem modo ſanat. Radix in uino cocta calculo lateris ac lumborum doloribus eadem potione ſuccurrit. Succus algenti propinatus exoptatum calorem per membra diffundit.

¶De Abſynthio. Cap. XCIII.

ABſcinthium ſiccæ ac calidæ uirtutis eſt, ob amaritudinem eius ſumptum in cibum ualitudinis cauſa, & ſtomachum ualentiorem facit,& epatis fibras aperit. Febres quoq; longas utpote quartanas minuit. Eſt & abſcynthium Romanum,quod magis eſui accommodatum crediderim.Ex hoc enim cõditum facit Apitius.

PLATYNÆ DE HONESTA VOLVPTATE. LIBER QVARTVS.

SCribere quædam prius neceſſe fuit, ne cum de obſoniis loqueremur earundem uim & naturam explicare longum, & a re ipſa fortaſſe alienum uideretur. Dicendum erit deinceps de his herbis & oleribus, quibus uel cum ſupradictis, uel ſeorſum cōditis in prima menſa ſi fructus abſint ueſcimur. Neq; enim conſilium eſſet, poſt ceraſa pruna ac cetera poma ad quæ appetentia ferimur. Lactucas inthybum ac reliquam olerum herbarumue conditiuam eſſe. Facillime enim ob frigiditatem & humiditatem tot ſimul diuerſarum rerum ingeſtarum omnis concoctio tolleretur, quo nihil poteſt eſſe homini pernicioſius. Si ergo poma abfuerint, non iniucundum erit, æſtate tamen magis q̃ hyeme & cœna magis q̃ prandio lactucas hoc modo edere.

¶ De lactucis conditis. Cap. XCIIII.

LActucam a lactis.i.humoris abundantia, uel ꝗ lacte nutriētes feminas implet dictā putat. Apuleius. Huius oleris plura ſunt genera. Verum ante omnia lacticaulis, ſeſſilis & criſpa laudantur. Seruntur toto anno lætis & irriguis, ſtercoratiſq; locis legitimum tamen eſt a bruma ſemen iacere. plantam fauonio trāſferre, aut ſemē fauonio, plātā æqnoctio uerno. Albæ in primis hyemen tolerant. Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix, frigidæ enim & humidæ habentur, & ob hanc rem æſtate ab ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq; appetentiam inducunt. Ferunt diuum auguſtum in ægritudine uſu lactucæ conſeruatum. Nec mirum cum & cōcoctionem adiuuēt & meliorem q̃ cætera olera ſanguinem generent. Coctæ ac crudæ eduntur. Lactucas cruda ſi lotione non idigebunt, ſic condies. ſunt enim ſalubriores, q̃ quæ aqua lauantur, in patinam impones, ſalem contritum inſparges olei parum, pluſculum aceti infondes, ac ſtatim deuorabis. ſunt qui huic condito parum mentæ & petroſellini addant, ne omnino inſipidum uideatur, neue nimia lactucæ frigiditas

ſtomacho noceat.Coctas expreſſa aqua in patinam indes, ſale oleo & aceto conditas conuiuis appones.ſunt.qui huic inſpargant mo di cum cynnami uel piperis bene triti & cribrati.ſomnum hic cibus in ducit,tuſſim ex calido humore generatam mitigat,urinam ciet,uene rem retardat, aluum mouet. Eius tamen frequēs uſus maxime uero recentium oculorum aciem hebetat,Eſt & aliud genus lactucæ q̄ capri nam uocant,hac tunſa & in mare deiecta piſces,q ſunt in pximo ſta tim necanť,idē faciunt & fluuiales ferraliā lactucā, & eā qdē agreſtē q appellauere a ſerra,q̄ in dorſo hēt dictā putarunt. Hæc fortaſſis en, diuia eſt.

ℂConditura Endiuiæ. Cap.XCV.

ENdiuiam ego inter lactucas cōnumerauerim, q̄uis de hoc noie nulla apud ueteres mentio fiat.ſatiua extat & agreſtis & utraq; ſalubris.Amarior ſilueſtris,iucūdior ſatiua, & ea maxime, quæ caule ſurgit criſpo. Condiť & hæc eodē mō, quo lactuca tam cruda q̄ elixa.Endiuia in cibū ſumpta æſtuāria præ' cordia refrigerat epatis fibras & uenarū meatus aperit. Habet hoc peculiare endiuia,q, eſtuantia refrigerat,& algentia calefacit. Trita hæc herba cum propria radice acſcorpionum & reliquorum aialium, quæ aculeo nocent ictui impoſita ſaboranti ſubuenit, Eiuſdē quoq; ſuc cus potui datus in eiuſmodi uenena agit.

ℂConditura Bugloſſi. Cap.XCVI.

QVam græci bugloſſum uocant, nos quod idem ſonat lin, guam bubulam ab aſperitate appellabimus Calida eſt bu gloſſus & humida,tam ſatiua q̄ ſilueſtris.Sumpta in cibum quouis modo,ſanguinem purgat,hilaritatem inducit, cardiacū pel, lendo.Cocta ex aqua & melle,ulceribus oris,tuſſi & raucedini auxi lium præſtat.In melancoliam agit optimi ſanguinis copia. Condiť & cruda & elixa. Crudam bene lotam atq; expreſſam reticulo ad id apte facto,cum nepita mentha & petroſellino in patinam indes.Sa' lem & oleum inſparges,inuoluesq; quoad oleum imbibat, & remo, leſcat eius aſperitas. Aceto poſtremo infundes, ac conuiuis ſtatim appones.Elixa conditur ut lactuca.

¶Conditum Pandodopum. Cap XCVII.

Eſt item conditum pandodopum ex lactuca,bugloſſos, menta,nepita feniculo,petroſellino,ſiſymbrio,origano ceripholio,cicerbita,quam teraxicon, lancedo quam arnagloſſam medici uocant,morella,feniculi flore,ac pleriſq; aliis odoriferis herbis,bene lotis,expreſſiſq; patinam amplam requirũt, ſale multo inſpargi,atq; oleo iungi debent, aceto deinde ſuperfuſo ubi paululum reſederit, earum ſiluatica duricies comedenda, ac bene dentibus conterenda ſunt. Hoc conditum pluſculum olei & minus aceti requirit.Hyeme magis q̃ æſtate conuenit. quia plus concoctionis,quæ hieme ualida eſt requirit.

¶Conditura portulacæ. Cap.XCVIII.

Sit bene lota portulaca, ſecretaq; a præduro caule in patinam repoſita,cum cepa minutatim conciſa,ſale oleo, aceto condiatur.Sunt qui ad comprimendam frigiditatẽ portulacæ piper tritum, ac cinnamomum inſpargant. Portulaca enim quam poplim licet appellare frigida eſt & humida, & ob hanc rem non multum nutrire exiſtimatur.Nimios tñ ſtomachi renum ac ueſicæ ardores extinguere putatur.Plurimus eius uſus oculos hebetat, uenerem inhibet, ueneriſq; ſomnia. Manducata item cum polentæ inteſtinorum uomitiones ſiſtit,aluum refrigerat, laborãtes podagra calida ſanat.Eius radix ſuſpenſa filo geſtata ad collum uuæ morbum expellit.Qđ accidiſſe p̃torio uiro ſcribit Plinius Recens poſtremo maſticata ſtuporem dentium ex eſu acerboꝝ fructuum cõtractũ diminuit ac tollit.

¶Roſmarini Conditura. Cap.XCIX.

QVi lautius ac ſalubrius eſſe conſueuerint,e floribus roſmarini cõditurã faciunt.Huius fruticis duo ſunt genera, alterum ſterile,ſatiuum alteꝝ& cui caulis flos ac ſemen reſinaceum ineſt.Folia odorẽ thuris præſeferunt.Eius radix uiridis adhuc uulneribus impoſita corpora ſanat. Succus fruticis & radicis regiũ morbũ pellit.Oculoꝝ aciem exacuit.Semen ad uellenda pectoris uicia potui dať.Flores eius mane collecti,ac illoti oino ne uim amittãt

cũ ſale bñ trito oleo & aceto cõditi ad uoluptatẽ & ſalubritatẽ faciũt. Nã & ſtõachũ cõcalefaciũt, & reumatiſmos tollũt, & aſmaticis ꝓſũt.

❡De conditura Maluæ. Cap. C.

Mirabunť fortaſſe q naturã maluæ ignorant, me hanc herbã inter edulia poſuiſſe. Sed deſinãt mirari, & quantis laudibus extollenda ſit animaduertant. Maluæ duo genera ſatiua & ſilueſtris, & utraq; laudanda, quæ altea dicitur, ꝙ alte ſurgat, amplitudine folii diſcernantur. Satiua minor. Hanc græci a molliẽdo uentre uocauere. Omne ſolum inquo ſeritur malua pingueſcit. Valet hæc herba cõtra omnes aculeatos ictus, præcipue uero ſcorpionum ueſpaꝝ, apum, muris, arachnei. Quin & trita cum oleo cutiq; extenſa, hominem ab iniuria talium beſtiolaꝝ defendit. Cruda illita uulneri aculeos oẽs extrahit. Ferunt hoiem oib⁹ morbis carituꝝ, ſi q̃libet die ex ſucco malue aliqd ſorbeat. Valet itẽ hic ſuccus qq̃ ſtomacho aliquantulum inutilis contra bilem atram, & eam maxime, q̃ iam ad inſaniam ducit. Elixať tenellæ maluæ caulis ablata cima, & in patinam more aſparagi poſitus cum ſale oleo & aceto comediť. Condiunť & eodem mõ flores. Nec inſalubre hoc genus cõdituræ habeť, cum & calculoſis, & inflationi, & torminibus, & ſacris ignibus medetur.

❡De Conditura Intybi. Cap. CI.

INtyba impatientiora frigoris habentur caule foliis ac radice optima ad reſtaurandum faſtiditum palatum ſunt. Eſt & erraticum, quod ægyptii cicorium, noſtri ambulam uocãt, ſilueſtre hoc quidem habeť. Vere caules, æſtate folia, hyeme radices bñ lotas & excauatas ꝓpter duriciem & amaritudinem cũ ſale oleo & aceto ſalubriter edimus. Nã & ſtõachũ cõcalefactum & diſſolutũ aſtringunt ac refrigerant, aluum ſiſtũt, dyſentericis proſunt. Coctũ intybũ uenerẽ ſoluit, iecinori, renibus ac ſtomacho prodeſt, maxime autem ſicum aceto, cum paſſulis decocto comederis, aut aliquid defruti patinæ indideris, cynnamiq; triti quantum uis modicum inſparſeris Cycorium quidã ob ſingularẽ ſalubritatẽ chreſton appellarunt. Quidã uero pãcratiõ, qđ oia bona complectatur.

Huius uſus & ueſicã adiuuat & geniturã effluẽtẽ morbo ualitudinis ſiſtit,& uenenis ac peſte laborantibus prodeſt. Ad epar tamen refrigerandum ante omnia natum uidet. Eius flores nequaq̃ a caule degenerantes,eodem modo condiantur quo & ſupradicti. ſunt qui & Intybus ut Cornelius celſus maſ. genere pronuncient.

De Conditura Saxifragiæ. Cap. CII.

APpellatam ſaxifragiã Apuleius aſſerit, ꝙ lapillos in ueſica frangat atq; cõminuat. Eius radix petroſellino aſſimilis eſt quæ ablata lota atq; in fruſtra conciſa cũ ſale oleo & aceto comeſa,ob eius caliditatẽ & ſiccitatẽ lapidẽ, (ut diximus) frangit. Renes & ueſicam purgat concoquitur tarde ꝑ ſiccitatem, quæ concoctioni cõtraria eſt,quã cõtra humidũ & calidũ adiuuat.

De Conditura Pimpinellæ. Cap. CIII.

PImpinellæ, q̃ & bibnella græce dr̃ uis calida & ſicca ineſt. Ob hãc rẽ tarde cõcoqtur,uoluptatẽ edẽtibus affert. Colecta ac lota in patinã ac ſuomet caule ſi tenera eſt reponi debet, ſale oleo & aceto condiri, ſi predura fuerit folia tm̃ ſumantur. Aperit hic cibus iecinoris fibras, urinam prouocat, ac lapides ut ſaxifragia non tamen adeo cõminuit.

De Conditura Acetoſæ. Cap. CIIII.

ACetoſa ab acore nomen trahẽs in q̃tuor genera diuiditur, duob' i cibis nõ ueſcimur lapacio ſcilicet & rumice. Alia duo in cõditurã ueniũt quoꝶ alteꝶ, qd ocylapaciũ uocari põt, arenoſa & lapidoſa amat loca. Folia hẽt acutiora, & ſimilitudinẽ unguis ex pollice imitantia, creſcendo in ſole ac caule in ſolia q̃dã fibras ducit. Hæc herba mea uernacula ſalma ꝙ ſalis imitetur ſaporẽ uocatur, alteꝶ qd hypolapaciũ dr̃ i fecũdioribus oritur locis ſiſitudinẽ hoc hẽt cum tripholio. Hæc uulgo acetoſella dr̃. Hñt hæc duo gña acetoſæ frigiditatẽ & auſteritatẽ i ſe, hũores gñant neq̃q̃ iprobãdos. Faſtidiũ tollũt, appetẽtiã iducũt, ſitim extigũt uim cordis corroborãt, aluũ fluẽtẽ ſiſtũt, cholerã reprimũ. Peta eaꝶ decoctio ſcabiẽ & pruritũ extinguit. Sũt q acetoſam illotã ẽt ſtatim prima menſa

cũ pane ſine ullo cõdimẽto comedant, qđ ego pſæpe facio Eminæ nõ ſtri cõſilio. Addũt qdã acetũ, nõnulli oleũ, quouis mõ comederis ſalubris eſt, æſtate pſertim & peſtilenti cælo. Hac herba medici in multis pharmatiis pcipue uero in potionibus utuntur.

ℂDe Aſparago Condito. Cap. CV.

ASparagi duo gña hortenſe & acreſte. In cultũ gratius eſt qđ alii chorudã, alii libycon appellant. Aſparagũ dcm̃ ꝙ in locis aſperis naſcatur aſſerit Varro. Sũt q dicãt lingua chaldæa caulẽ aſparagũ uocari. Hæc.n. herba ſemp in caulẽ creſcit. Elixi aſparagi in patinã extẽdũtur, ſal oleũ & acetũ infertur. Sũt q eos aromatibus cõſpgãt. In prima menſa comeſti inflatões ſtomachi diſcutiunt, oculis dilucidiratẽ afferunt aluũ leniter molliunt, pectoris & ſpinæ doloribus, iteſtinorũꝗ uiciis ꝓſunt. Sũt q eos additó uino coquant, qđ eo mõ efficatiores ſint. Eius uſus ſi minus fuerit nõ paꝝ interdũ nocet, cum urinã citã emittat, ueſicãꝗ, qđ pnicioſum eſt exulcerat. Radix aſparagi trita & in uino albo pota, calculos fugat, Quidã uero ſuccũ eius ex uino datũ, cõtra uenena utilẽ credidere.

ℂDe Conditura Lupulorum. Cap. CVI.

LVpuli quorum uis calida eſt & humida in ſepibus ac maceriis naſcuntur, quos ego aut a colore lupino aut ab aſperitate ſic appellatos puto. Aſperrimi enim ſunt, & colorem lupi caule, & foliis imitantur. Coquuntur hi & condiuntur eo modo quo & aſparagi. Frigi quoꝗ in oleo & liquamine non incõmode pñt ſed ſalubres ſunt. Elixi & ſi parum nutriunt, ſanguinem tamen purgant, epatis fibras aperiunt, urinam cient, bonum & uiuidũ colorem inducunt.

ℂDe Conditura Capparis. Cap. CVII.

CApparis ſiccis i locis ſerit, area circũquaꝗ effoſſa, ſtructis undiꝗ aut natura ripis, aut artificio lapidũ ne luxuriari pmittatur. Frutice ſurgit firmiore, uñ una cũ ſemine caulis plerũꝗ decerpit. Ei⁹ gña & maxie pegrina, (ut ait plini⁹) fugienda ſunt. Nam & Arabicum peſtilens eſt & apulũ uomitus fa,

cit,ſtomachũ & alluũ uioleneter mouet. Verum nũc (ut mihi uidet́) mutata natura eſt. In precio.n. pegrinus ẽ & maxime Aegyptiacus, nec improbatur apulus. Capparis fruticem cynoſbaton quidam noſbatum alii nonnulli ſtaphilem uocarunt. Siccam & calidã præſefert. Neq; paralyſi periclytari eos ferunt, qui cappari quotidie utuntur, non lienis doloribus, non epate cum fibras uitalium & præcordiorum aperiat humoreſq; glutinoſos, ac melãcholicos in primis a ſplene abigat, urinam ciet, lumbricos interficit, uenerem excitat, ac contra uenenum tyriacæ uim optinet. Conditur autem hoc modo. Indes in cacabum aquæ non feruentis ſed apprime calidæ, ubi tãdiu ſines, donec abundantem ſalſedinem dimiſerit. Tranſferto inde in aquam recentem inq; eam tandiu ſinito, quod refrigeſcat. Inde poſtremo auferens expreſſum in patinam repones, infundeſq; oleum & acetum non multum. Sunt qui mentham huic edulio addant, nec incongrue id quidem cum & ad uoluptatem & ualitudinem faciat.

¶ De Cariota & paſtinacha. Cap. CVIII.

PAſtinacæ, cuius uis omnis in radice & ſemine eſt, duo ſunt genera, & quod ſponte uenit, & quod ſeritur. Primo uere uel autumno ſolo q̃ altiſſime refoſſo. Annicula utilis eſſe incipit, bruma, utilior gratior autumno Paſtinacam albam eſſe, cariotam uero rubeam, uel ſubnigram aſſerunt medici. Hæc melior in horto, ac maxime in uiterbiano ſolo, illa felicior ſilueſtri terreno naſcitur. Ambæ ſunt difficilis concoctionis, pauci & groſſi alimẽti. Bis elixanda eſt paſtinaca, prima decoctio abiicitur, ſecundo cum lactuca incoquitur. Inde in patinam tranſlata cum ſale aceto, coriandro, pipere condita, eſui percommode dat́. Nam & tuſſim & pleureſim, & hydropiſim ſedat, ac uenerẽ excitat. Frugi ẽt excauata poſt primã concoctionẽ, in oleo & liquamine farina inuoluta ſolet. Cõdit́ & cariota eo modo, quo & paſtinaca ſed ſuauior habet́, quæ ſub calido cinere & carbonibus coquitur. Subtracta ubi paululũ refrixerit: depilanda eſt & omnino abſtergendus cinis, teſſelatim concidenda, in patinaq; tranſferenda, addẽdum ſal, irroandum oleum atq; acetum,

ex defruto uel ſapa non nihil addendum, inſpargendo aromata dulcia. Hoc nihil eſui ſuauius. Duabus in rebus homini prodeſt, Nam & bilem reprimit: & urinam ciet. In reliquis uero ut epati, ſtomacho ac ſpleni aduerſatur. ¶De Conditura Cepārum Cap. CIX.

Coquitur & cepa ſub cinere & carbonibus tandiu donec omne crudum exhalauerit, ubi refrixerit minutatim conciſa patinæ inditur ſale oleo defruto, uel ſapa inuoluitur. Sũt qui & cepe piper aut cynnamum inſpargant.

¶De Conditura Porri. Cap. CX.

Elixatur porrum, aut ſub cinere coquitur patinæq́; immiſſum ad ſecũdam ueterẽ tuſſim cũ modico ſale ac pluſculo melle in prima mẽſa comedit. Cõdiunt & hæc q̃ ãtea cõmemoraui aliis modis, de q̃bus ubi ordo menſarũ requiret dicet.

¶Patina ex capitibus & intraneis caponũ & gallinarũ. Cap. CXI.

Gallinarum atq́; auium iocuſcula, pulmones, pedes, capita & colla, bene lauabis. lota, & elixa, in patinã ſiue iure tranſferes. Indes acetum, mentham, petroſelinon, iſpargeſq́; piper aut cynnamum, ac ſtatim conuiuis appones.

¶Patina de Linguis aut Lucanicis. Cap. CXII.

Coquant in aqua linguæ ſalitæ, coctas teſſelatim cõcides, ac in patinam indes addeſq́; de petroſelino mẽtha, ſaluia, & aromatibus quantum ſat erit, ultimo infundatur acetũ. Idẽ fiet de lucanicis maioribus, hyeme tamẽ magis q̃ æſtate, plus enim concoctionis, quæ melior hyeme q̃ æſtate fit huiuſcemodi cibus requirit.

¶De carniũ drĩa & quo tpe quæq́; coq̃nda edẽdaue. Cap. CXIII.

Sed iã tp̃s eſt tranſire ad menſam, quam ego ſecundam, & potiorem appello. Ibi enim de carnibus agitur, quæ melius ac ſalubrius q̃ quod uis aliud edulium nutriunt. Verum cum uaria ſint animantia tam tereſtria q̃ uolatilia quæ hominem nutriunt, uarias quoq́; ineſſe qualitates neceſſe eſt. Nec in ſexum minus & ætatem & partes eorum q̃ in ſpecie differentia ca.

dit.Meliores ſiqdẽ gallinæ q̃ galli.rurſum ſi neceſſitas cogit capræq̃ hirci caſtrati.mares q̃ feminæ.iuniores q̃ uetuli. Fallit i porcis q̃ ſeme ſtres uel anniculi eſui meliores hñtur.ueruecei q̃ agni.Enutrita i mõ tibus q̃ in planicie aut paluſtribus locis.Depaſta glãdẽ caſtaneã,triti cũ,hordeũ,fabã,pãnicũ,milliũ,q̃ uel furfures,uel herbã, ut in porcis ac gallinis guſtu dep̄hẽdimus.Laudabiliora ſunt itẽ q̃ media iter ma cilẽtiã & nimiã obeſitatẽ ſũt,q̃ q̃ aut p̄pignia, aut macra nimis hñtur. Pinguia.n.appetẽtiã remouẽt,cõcoctionẽ diſturbãt,ac ſtomachũ la xant.Hãc ob rẽ ex obeſa carne macrã,rurſum ex macra piguẽ tutius comedemus.Præterea ut hyeme calidis,ita æſtate frigidis ueſcemur, ut hædulo,pullaſtra,acidis ac frigidis æſtate,hyeme pipionibus,cali dis & ſiccis autũno cõturnicibus ficedulis uere auiculis e nido po ſtea q̃ pẽnas emiſerit ſublatis,hyeme itẽ turdis ac merulis. Eſt itẽ i co ctura magna dr̃ia.Pinguior caro melior aſſa q̃ elixa eſt. Rurſum ſtri goſa uel macra melior elixa q̃ aſſa q̃ mediũ tenet quouis mõ apte co quet.Magis ẽt nutrit aſſum & ſi difficilius cõcoqtur q̃ elixũ , rurſum iurulẽtũ q̃ frictũ.Ve℞ ne i his diutius q̃ ſatis eſt cõmoremur ad expli cãdã uim & naturã aialiũ,qbus tũ ad neceſſitatẽ, tũ ad luxũ & lauti ciẽ hũana cõſuetudo ueſcit̃ trãſeamus. ¶ De Boue. Cap.CXIIII.

BOuẽ,cuius appellatõe tau℞ & uaccã ac uitulos uoco, ma gno uſui eſſe mortalibus nemo eſt qa mbigat. A rõne, ue ctura,lacte,caſeo,corio ad calceo℞ uſum.Hinc eſt ꝙ apud ueteres tã capitalis hẽbat̃ q̃ bouẽ ſine cã q̃ q hoiem occidiſ ſet.Quoſdã ẽt apud romanos i exiliũ actos legimus, ꝙ bouẽ tanq̃ co lonũ iterfeciſſent. Coluere quoq; ægyptii peculiariter numinis uice bouẽ quẽ apim uocabãt ſũmũ apud illã gẽtẽ deũ , ꝙ hoc aial ob eius uſum & innocẽtiã honore diuino dignũ uideret̃. Init feminã taurus uno ictu quæ menſe decimo parit uel grægi uel uſui hoium. Lactẽtes adhuc uitulos appellamus,hos lanii ad cultũ emunt.Occiduntur & boues nõnũq̃ ac uaccæ,hæ dũ ſterileſcũt,illi dũ aratrũ & plauſtrũ re nuũt Caro bubula frigidæ ac ſiccæ nãæ ẽ. difficillime & coq̃t,& oco q̃t,craſſũ turbidũ ac melancholicũ p̄ſtat alimẽtũ,Ad q̃rtanas ſcabiẽ

& leprā hoiem ipellit. At uitulina tutius comedit̃ tẽperati.n.alimẽti fere exiſtit hanc itaq; non iniuria menſæ nobilium crebro repetunt.

¶De Oue Agno & Veruece. Cap.CXV.

QVis agno, ueruece, lana, pelle, lacte, caſeo, ſtercore, hoibus uſui eſt. Ariete ut marito ad ꝑpagãdũ genus utit̃. Qui quo ſenior eſt eo melior ad ineũdas oues hẽtur. Agnas faſtidit, uetulas ſectat̃. Fert uentrẽ ouis q̃nos menſes, mares dein, de uel femellas parit Femellas i ſpem gregis ſi uolet retineat paſtor. Ex maribus arietẽ gregis maritũ diligat, reliquos dũ adhuc lactent la niis uendat. Quos in numeꝶ uerueců referri uolunt eoſdẽ nõ mino res q̃nq; menſiũ caſtrare oportet. Hoꝶ caro ſalubris eſt, & agnina me lior. Calida eni & humida hẽtur ad tẽperamẽtũ tẽdẽs, illa uero plus humiditatis q̃ caliditatis hẽt. Ouẽ arietẽ dentibus ne attingas nõ mõ enim eius caro non prodeſt, uerum etiam uehementer obeſt.

¶De Capra & Hædo. Cap.CXVI.

CApra hædo lacte q̃ ſalubri, caſeo, pelle in caſtroꝶ uſum ho minẽ iuuat. Vñ & hyemem cõtinuare ſub pellib⁹ maiores dicebãtur. his ẽt nauce utebãtur, uillis.n. aquã pluuiã reii ciunt. Cinyphea capellæ olim in ꝑcio erãt, q̃a maiores mẽ ſe q̃nto pariunt. In q̃buſdã lactis magna ubertas. Ex his hædi lactẽtes eſui ſunt optimi. Capellas auribus ſpirare nõ naribus, nec unq̃ febre carere, Archelaus auctor eſt. Ideoq; fortaſſis aia his q̃ ouibus arden tior. Hãc ẽt ob rẽ in cõcubit⁹ calidiores tradũtur. Noctu ẽt nõ minus q̃ die cernere credũtur. Dependet olum mento uillus, quẽ arũcũ uo cant. Hoc ſiq̃s unã ex grege trahat, cæteræ ſtupẽtes ĩtuentur. Morſus eaꝶ arbori exitialis oliuã lãbẽdo ſterilẽ quoq; faciũt, eaq; ex cã Miner uæ imolantur. Capellæ atq; hirci fetidi carnẽ ne deguſtato. Hædinã q̃ nulla inter domeſtica aialia potior hẽtur edito. Paꝶ.n. recremẽti i ſe hẽt, facillime cõcoq̃tur bñ alit, ſanguinẽ bonũ gñat calido & frigido cõtemperatum. Hic cibus conuenit laute uiuentibus ut Auguſto & Phoſphoror Lucretio non item, qui pythagoreçꝶ pietatem laudat, & rem ruſticam ſectatur.

¶De Ceruo. Cap.CXVII.

C Eruus, quē dictū putāt latrat⁹ ac morſus canū phorreſcēs ad hoiem cōfugit. Minus itē fugiūt humana ueſtigia q̄ ferma. Cōceptus femellaꝝ eſt poſt arcturi ſydus. Octonis mēſib⁹ partū ferūt. Gemellos iterdū edūt. Simplex nimiꝝ aial eſt, ac reꝝ oīum miraculo ſtupēs, ſagittas. n. & arcū uenenatis cū admiratione intuenť. Trāſnatāt flumina q̄tū uis lata ac maria cerui gregatim capita clunib⁹ p̄cedētiū īponētes uiceq̧ redētes donec olfatu terrā, quā nuſq̄ uidēt addidere. Soli mares cornua hn̄t, qbus uſq̧ ad annos ſex ſingulos ramos adiiciūt. Mutať aliqn̄ his color in cādidū, q̄lē fuiſſe. Q. Sertorii cervā tradūt, quā eſſe fatidicā hiſpaniæ gētibus impator nobiliſſimus pſuaſerat, hn̄t hæc aialia cum ſerpētibus pugnā eoſq̧ e cauernis ſpū nariū extrahunt, ac pedibs cōterūt. Ideo cerui cornua in abigēdis ſerpētibus ſingulare remedium hn̄tur. Viuere ceruos poſt cētū annos ex aliqbus capitis cū torqs & qdē aureis ac cute ꝑpter obeſitatē opertis, quos Alexāder magn⁹ indiderat dep̄hēſum eſt. Febriū morbos nō ſentit hoc aial, hāc ob rem qdā principes oībus matutinis diebus ex hac carne deguſtare ſoliti, lōgo æuo febribus caruere. Ceruina uero bubulæ fere aſſimilis eſt. Tarde. n. cōcoqtur, paꝝ alit, ac bilē atrā auget. Eſui tn̄ æſtate, p̄cipue uero mēſe auguſto q̄ hyeme ſuauior eſt, hanc non edat noſter Brutus & Celius, ne omnino melancholia obruantur.

❡De Vrſis. Cap. CXVIII.

I Nitio hyemis urſa cōcipit, nec uulgari q̄drupedū more, ſed cubāte ſecū mare cōpl̄iq̧. Trigeſimo die parit carnis fruſtū, unde ungues tantū ꝑminēt. hoc lābēdo paulati figurat. Hyeme q̄ternis mēſib⁹ latēt. Primis dieb⁹ his ſeptenis tā graui ſomno p̄munť, ut uulnerib⁹ uix excitenť. Tūc. n. miꝝ i modū ueterno pigreſcūt. Illi adipes medicaminib⁹ ſunt apti, cōtraq̧ defluuiū capilli tenaces. Poſt hos dies prioꝝ pedum fructu uiuunt. Credit Theophraſtus eodē quoq̧ tpe coctas urſorū carnes ſi aſſeruenť increſcere. Inualidiſſimū urſo caput. qđ contra leoni fortiſſimū eſt. Tauros ſupra cætera aialia infeſtat. Capiť laqueis & falcibus. Eius caro tar.

de concoquitur,ſpleni atq; epati obeſt. Multa recrementa generat, appetentiam tollit,ac faſtidio edentes afficit.

ℭDe Damis. Cap.CXIX.

DAma,quā ēt græci dorcada uocant. capreæ genus eſt.raro manſa fieri pōt. Cū capreolis fere i qualitatibus cōuenit. Bonū nāq; alimentū eius caro ueſcentibus pſtat. Modici recrementi eſt,ſanguinē tñ ad atrā bilē quoquo mō tēdentem efficit.

ℭDe Leporibus & Cuniculis. Cap.CXX.

QVi leporē a leuitate pedū ſumpſiſſe nomen dixerūt fallunť (ut ait Varro,)q; ātiquū ſit uocabulū & græcū.leporū duo ſunt gña,maius & minus.Maius id eſt,qd in alpibus, i collibus,in planicie ſub dio uiuit,qd q; uoluptatē uenandi hoībus pſtat.Minus qd ſub terra in cuniculis,uñ nomē accepit uitā magna ex pte ducit.Hoc capi niſi ſupne eiectū nō pōt.Alpini leporibus & qdē magnis p cibatu hyeme ueſcunť.Cuniculis adeo baleares inſulæ exūdauere,ut certum ſit balearicos ipſos contra innumerā eo⁊ turbā ab Auguſto militare auxiliū petiiſſe. Cuniculi caro melius ac facilius alit q̄ leporina q̄ qdē frigide ac ſiccæ naturæ eſt & ob eā rem bilem atram facit.

ℭDe Hiſtrice & Ericio Cap. CXXI.

IN india & aphrica hyſtrix peculiariter gñať. Ericio uel ut ait Pli.erinaceo ſi̇̃s ſpinis tergus hiſpipū hēt q̄s tenſa cute plerūq; laxatas uolūtaria iaculatōe in hora canū urgentiū iacit.Latet ut urſus q̄tuor hibernis mēſibus.Huius caro ut erinacea licet nō admodū inter eſculēta comedať Stomachū tñ adiuuat,aluū ſoluit,leprā,ac ſcabiē diminuit. Salitā hydropiſim mitigat, mingentes in lecto,quo minus id faciant adiuuat. Sunt q & taxos & glires cenis addant,q̄ aīalia in q̄litatibus hyſtrici haud multū diſſimilia ſunt.De glire hoc annotatū eſt,nō cōgregari niſi plures i eadē ſylua.Et ſi miſceanť alienigene dimicādo aut uincere aut interire. Genitores præterea ſuos ſenecta feſſos in ſigni pietate alunt. Hyberna quieta gaudent.Reconditi enim & hi cubant Rurſum æſtate iuueneſcunt.Similis & muſtelis quies.

PLATYNÆ DE HONESTA VOLVPTATE. LIBER QVINTVS.

De Auibus Eſculentis. Cap.CXXII.

QVi pauones & aues eſculentas ad patinas tráſtulere, illi qdẽ nequaq̃ mihi diſſipere uiſi ſunt, cũ ex his obſonia fiant cæteris ſuauiora, & regũ ac principũ menſis q̃ humilium, & minimi cenſus hoium magis cõuenictia. Caueant igit plebei & populares, & quibus (ut ait Satyrus) res legi nõ ſufficit tale aliqd delinguant ne dũ comedant. Lautoꝝ hæc erũt obſonia, & eoꝝ maxie, quos nõ uirtus & induſtria, ſed fortuna atq; hoium temeritas ex infima ſorte, utpote e ganeis e ſtabulis e popina nõ ad diuitias, qd eſſet ferẽdũ, ſed ad ſũmos dignitatis gradus erexere. Hi ſũt quoq; gr̃a pauones ac phaſiani nati aut capti uident. His pcioſa ueſtis, pcioſa ſupellex, & q̃cqd pclaꝝ natura extulit debet. Cepã & aliũ mecũ deuoret. Põponius, Adſit Septimius, & Septumulei⁹ Cãpanus, Nec extra triduũ pnoctet Coſmicus, hũc ſequat Parthenius & Podagroſus Scaurus, Fabiũ Narnienſem, Antoniũ ruffum & Mecenatẽ nõ reiicio, q pauptatẽ ſponte amplectunt. Et ne mihi ſuccenſeat Cincinnatus, hunc quoq; Demetrius ad cœnã holitariã uocet, quãdoqdẽ ita fortunæ placet, quæ relictis induſtriis ignauiæ fauet.

De Pauone. Cap.CXXIII.

VEniat añ oẽs aues ad patinã pauo, & qñ uiuus gloria delectat, mortuus quoq; eiuſdẽ ſit pticeps. Q d gl'ia capiat pauo ex hoc dephendimus. Laudatus.n. gẽmatas alas ex aduerſo ſole, quo melius uideat cũ iactatõe expandit. Idẽ annuis uicibus cauda amiſſa donec ſubcreſit pudibundus quærit latebras. Viuit annis qnq; ac uiginti. Colores incipit in trimatu fundere ab auctoribus nõ glorioſum mõ hoc aial tradit, ueꝝ ẽt maleuolũ. Pauonẽ primus orator hortenſius occidit in ſacerdotii cœna. Saginare

eos.M.Aufidius Lurco primus iſtituit:ex eoq; qſtus ꝑuētus ſuos miꝛ imodū auxit Sūt q uelint pauonis carnē craſſi & modici alimēti ac difficilis concoctionis eſſe,melancholiamq; augere. Eiuſdemq; naturæ ſtrutii caro habetur,quem aphrica peculiariter nutrit.

De Anſere & Anate. Cap.CXXIIII.

ANſerē tā ſiluestrē q̄ dōeſticū cane uigilātiorē eē teſtata ēſt capitolii galloꝝ tpe acerima p.M.Mallium e lāgore excitū defēſſo Hāc ob rē cibaria anſeꝝ Cēſores in primi locabāt. Anſer mortalibꝰ pluribꝰ in rebꝰ uſui eſt.Cuſtodia de q̄ diximꝰ, pluma q̄ qbuſdā i locis bis i anno uulſa culcitras facimꝰ, ut delicatoꝝ ceruices mollius recumbant.Carne quam & recentem & ſalitam comedimus,adipe quo plura cibaria condiuntur . Iecore in quo maxime excellit,ſi lac prius uel mulſam imbiberit.Meſſalinus Cocta Meſſalæ oratoris filius pedes anſerinos toſtos & depilatos etiam cum criſtis gallinaceis in patinam addebat quaſi rem inter obſonia præclaram Ego uero hanc autem atq; quas Columella [illegible] hoc eſt terra & aqua uictum quærentes uocat, mali nutrimenti crediderim eſſe. Tutius.n.& alis & pectore ueſcemur. Non multum ab his differunt anates, Quæ pectore tantum (ut Martialis affirmat) & ceruice ualet , cætera redde coquo. Anatis caro anſerina calidiorem uim habet.

De Grue. Cap. CXXV.

AB mari eo ueniūt grues, lōga qdē peginatione, ducē quem ſequant deligunt.Habent & in extremo agmine q gregē uoce cōtineāt. Excubias noctu faciunt lapillū elato altero pede cōtinētes ut relaxatus ob ſomnū,ac decidens negligentiā cuſtodis coarguat.Cæteræ dormiūt capite ſubter alā cōdito , alternis pedibus inſiſtētes.Dux erecto ꝑuidet collo,ac prædicit.Ad nos ueniētes inducias tātiſp pygmeis,qbus cum dimicaræ cōſueuerunt relinqūt. Captæ uel pedica uel retibus ad menſas tranſferuntur.Ex his cibaria quouis modo cocta tarde coquuntur,atram bilem augent,& recrementi in ſe q̄ alimenti plus habent.

¶De Ciconis, Cap. CXXVI.

CIconiam in cibariis, gruibus anteferendam, Cornelius nepos, qui diui Auguſti principatu obiit affirmat, quam pauci nunc uelint tágere ne dum eſſe, ob paſtum credo quem e ſerpentibus & luridis beſtiolis colligunt. Vnde ueniant ciconiæ & quo ſe transferant incertum eſt, e longinquo uenire nulli dubium, & eo quo grues modo. Sed hæ ueræ, illæ hieme ſunt aduenæ. Abituræ congregantur in loco certo ita gregatim, ut nulla ſui generis relinquatur, niſi captiua & ſerua. Prædicta die diſcedunt ita occulte, ut nemo uideat diſcedentium agmen cum tamen diſceſſuras appareat nec uenire prius q̃ ueniſſe cernimus. Vtrunq; fit nocturnis temporibus. Locus in aſia eſt phitonoſconiam uocant patentibus campis, ubi congregatæ inter ſe commurmurant, edemq; nouiſſima uenit lacerant Sunt qui ciconis non ineſſe linguam affirment ob ſerpentum exitium, tantus his honos habetur, ut apud theſſalos capitale ſit ciconiam occidiſſe. Huius auis caro eadem fere quæ gruis eſt.

¶De Oloribũs. Cap. CXXVII.

CYgnus græcum eſt nomen olore frequentatius, commeant ac remeant ſimili ratione olores qua anſeres, & horum uolatus cernitur. Lyburnicarum more roſtrato impetu ferũtur facilius ita ſcindentes aera q̃ ſi recta frõte impellerent. Colla imponunt præcedentibus feſſos duces ad terga recipiunt. Fabuloſe narratur cygnos propriam mortem flebili cantu prædicere. Ad patinas ueniunt eadem fere ratione qua anſeres.

¶De Hirundine. Cap. CXXVIII.

HIrundo quæ græce χελιδων dicitus a nobis, hybernis menſibus ad aphros aduolat, uere redit Ex his auibus quæ aduncos ungues non habent ſola beſtiolis quibuſdam uolando ueſcitur. Thebarum tecta ſub ire negãtur, quoniam urbs illa ſæpius capta ſit. Nec atria introeunt propter ſcelera Terei regis. Cecinna equeſtris ordinis uir comprehenſas in urbe ſecum ferens uictoriæ nũcias amicis mittebat, in eãdem nidum remeãtes cum uictoriæ colore

Scripſiſſe

Scripſiſſe Fabium pictorem in annalibus ſuis ferunt, cum obſideret pſidiū Romanū a Lyguribus hirūdinū pedib' epiſtolā allatā lineo re uictā ſignificātē quo die ad uētāte auxilio eruptō fieri deberet. Tantæ celeritatis in uolatu hirundo eſt, ut cæteraꝝ alitum nimis obnoxia ſit.

De Merulis Turdis & Sturnis Cap. CXXIX.

Beunt merulæ turdi ſiſr ac ſturni, ſed in uicina loca. Occultanť hæc aialia ſepibus ibiq̧ hiberno tpe pabulum quærūt. In germania hyeme turdi maxime æſtate in noſtris montanis locis. autumno in plano & collibus inueniuntur. Hyeme præterea loca maritima & iuniperis ac myrtis abundantia etiam apud nos frequentant Merularum caro tarde cōcoquitur, pauci alimenti eſt, & melācholiam auget. Turdi uero hyeme præſertim bene, ac multum alunt, pauci recrementi ſunt, ab his ſolum cauendum eſt, ubi lapſanum, quod græci noſtri napellū uocant comedūt. Sturni, quos uulgo diabolicā carnē habeř dicimus oino ab obſoniis lautoꝝ reiicianť: hos comedat Vacera nř, q maſupio magis q̄ uitæ cō ſultum uult. Sturnoꝝ hoc propriū eſt cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circum agi omnibus in medium agmen tendentibus.

De Turture. Cap. CXXX.

Ere turť occultať, pēnaſq̧ amittit, loca ſabuloſa libēter frequētat, capiť rete, ſaginatur. In cibū ſūpta aluū aſtringit, & ob hāc rē dyſētericis dať. Aiūt turturē femellā amiſſo marito arborem uiridem nō attingere uolatu.

De Gallinis. Cap. CXXXI.

Allina hoibus ouo, pullaſtra, capo, gallo, uſui eſt ſiue illa ſit magna, q̄les patauinæ ſiue ex pumilionū gñe. Galli gallinacei, q ſalaciſſimi ſunt ꝓlis magis q̄ gulæ reſeruanť. Proſunt aūt nō hac in re tm̄ humāo gñi, ueꝝ ēt in exicitandis ad opa diurna ſocordibus. Horas noctis cantu diſtingunt. diem uenientem denunciant gregē gallinaꝝ diligētiſſime coſtodiunt. Armatus ungue adūco & roſtro uicini gallū a grege abigit, cui palma cōtigit ſtati i uictoria canit, ſeq̧ ipſum principem teſtatur. uictus occultatur. ſilens.

Hoc genus auiũ ſolũ crebro cælũ aſpicit p̄dicitq; cantu ſerenitatē ac futurã pluuiã Caſtrant̄ galli dũ adhuc tenelli ſunt duobus modis. Lũbis aduſtis cadēte ferro aut genitalibus euulſis, quo facto ſtatim pinguefcunt. Affirmat Pli. gallinaceũ in agro ariminenſi. M. Lepido. P. Catullo cóſulibus ſemel locutũ, Capos & gallinas ſaginare liguritores ipſi inuenere, quo unctius, ac lautius deuorarent, hinc altiles dictæ, q; ſagina altæ & enutritæ ſint. Auiaria ubi cicures atq; oia genera auiũ ſegregata farcirent̄. M. Leſius Strabo primus inſtituit, hiſq; farctores q rē curarēt addidit, deſcripſitq; qd cuiq; aui ad farcturam apponendũ eſſet. Deberet̄ huic merito ſtatua in comicio, hanc Arui ragus, hanc. P. Gallus, hãc & germanicus noſter ꝓprio aere faciũdã curent, cũ hi tanq̄ adoptiui iure hæreditario popinariã officinã frequẽtent. Hyeme tñ melius q̄ æſtate ſaginatio fiet, ꝓbabiliorq; erit fractura. Gallinæ ēt eo tpe ãni meliores, qa tũ minus fœtu exhauriunt̄. Pulli q nõdũ aut coire, aut ouũ pepererīt æſtate dũ tritura, dũq; adhuc de uitæ omphaciũ pendet, eſui meliores hñtur, maſculi tñ magis q̄ femellæ, Verũ ut tandē paucis abſoluã, oium auiũ laudes quãtũ ad obſonia ptinet una caro gallinacea cõpreſſa eſt, qd. n. popinis afferunt, reliquæ atiles, qd nõ unus capus i ſe hēat, ſiue elixũ, ſiue aſſum uelis? Huius auis patina ſtomachũ iuuat, pectus lenit, uocem ſonorē facit, corpus obeſat.

De Columbis. Cap. CXXXII.

Colũbi pudicitia oēs aues antiſtant. Plures. n. in eodē colũbario mixtũ degunt, neq; tñ qs alteri⁹ cõnubia uiolat. Amorē mutuũ q̄rulo gutture ictuq; roſtri oñdunt. In uenerē crebro ruunt, freq̄nti pedũ orbe facta adulatõe. Idē faciunt & palũbes, uerũ qa ſemiferi ſunt rarius ferant. Viuere palũbes ad trigeſimũ annũ Ariſtoteles auctor eſt. Colũbi aũt & turtures uix octauum attingunt annũ. Ex his pipiones minus pēniti calidæ ſunt & humidæ pluſq̄ ſatis eſt naturæ. & ob hãc rē tardæ cõcoctõis habent̄. multũ alimenti, ac plus ſanguinis generãt, unde iflãmatiões & febres oriunt̄. Qui tentare iam uolatũ incipiunt, ſalubriores nimirũ habent̄, maxi

me uero ſi cocti ex agreſta fuerint,nebuloſis ob caliditatē obſint.Hic cibus pituita laborantibus nõ icõgruit.Ab eſu ueteꝝoino abſtineas, durioris.n.alimenti ſunt,& improbandi.

¶De Ficedulis,& Paſſere. Cap.CXXXIII.

FIcedulaꝝ carduelliũ reliquarũq; auiũ minutaꝝ caro, ſi pingues ſint mõ nõ nidificent,boni alimenti eſt.Abſit a patinis nr̃is paſſer,q eſui ſũptus ob nimiã caliditatē male alit, difficulter cõcoq́ & libidinē excitat. Hæc auis ut minime uitæ eſt,ita ſalaciſſimæ.Mares negant anno diutus durare. Feminis longior aliquãtulũ uita.Nollē carduellos deuorari,plus.n. uoce q̃ patia hoiem delectãt.Impata.n.faciũt,& pedibus,atq; ore ꝑ manibꝰ utũt, ut his quē in cubiculo Franciſci Gonziaci Cardinalis cibum ac potum duobus uaſculis æqlibribus funiculo ad ſe trahentē cũ uoluptate pariter & admiratiõe cernimus . Huius uice alaudã comedamus, & carne & iure nõ iutilis hoi ē. ¶De Coturnice. Cap.CXXXIIII.

COturnix parua auis eſt,& cum ad nos uenit terreſtris potius habet̃ q̃ ſublimis.Aduolant hæ auiculæ nõ ſine piculo nauigantium,qppe uelis ſæpe magno agmine icidunt, nocću ꝑſertim nauigiaq; mergunt, auſtro nõ uolant uento.ſ; humido & grauiore.Aura tñ uehi uolunt pp pondus corpoꝝ uireſq; paruas hinc illa uolãtium cõqueſtio labore exꝑſſa . Aqlone ergo maxime uolant ortigomethra duce.Græci.n.coturnicē. uocãt. Primum eaꝝ terræ appropinquãtē accipiter rapit. Vltro citroq; iture comitatum ſolicitãt. Coturnicibꝰ ueneni ſemen gratiſſimus cibꝰ. Hanc ob cauſam quibuſdam temporibus eam externe damnauere menſæ;noſtræ non item,quibus autumno . Qualea ſic enim uulgares appellant,in precio eſt.Vere cum redit inſipida & mali alimenti habet.In littore Antiaci captas edi cum Marſo meo nihil iſipidius.

¶De perdicibus,& Phaſianis. Cap.CXXXV.

PErdicibus in nidificatõe mira ſolertia ineſt.ſtipitibus.n. ſe q̃ſi uallo cõtra feras muniunt.Maritos ſæpe fallunt traſmutatis ouis qm̃ intempantia libidinis earum oua frangunt.

Dimicātiter ſe mares ob amorē,ut Coturnices & gallinacei ſolēt. Tā tæ ſalacitatis hāc auē eſſe qdā exiſtimāt,ut cōcipere ēt ſolo odore maris,aut ei⁹uoce audita poſſint.Perdicū uita ad.xvi.ānos durare exiſtimať.Inter aues hui⁹caro bn̄ ac facile cōcoqť,paꝝ recremēti,nutrimē ti multū in ſe habet.Cerebri uim auget, gēiturā facit, ac demortuā uenerē excitat.Phaſiani caro mediū qdā inter pdicem & capū obtinet,licet Auerrois eū quātū ad obſonia ptinet,cæteris auibus āñferat. Nec immerito qdē ſi uim fabulæ attēdimus.Itym ſiqdē Terei thracū regis filium in phaſianū cōuerſum fabulæ narrāt.Quare qd decētius regum ac lautoꝝ mēſis apponať ꝗ phaſianus nō ſatis uideo, ut eo tādē redeat,unū digreſſus eſt.Hoc tragico ſcelere caret Pōponii mēſa,qui cepas atq; allium aſcaloniumue ꝑ ity conuiuis apponit.

¶Quæ differentia inter animalium partes ſit. Cap.CXXXVI.

ANimaliū capita maxime uero ꝗdrupedū & ſi craſſi ſunt alimēti multum tamē nutriunt.ad febres biloſas hominem impellunt.Genitura uirilem mirifice augent.Volatilium cerebra ꝗ quadrupedum ſalubriora ſunt. Verum cum cerebri uis frigida ſit & humida ex frequenti eius uſu pituitæ gn̄antur humores,ſtomacho faſtidium affert,& ſi poſt cibum aſſumitur uomitum. In principio cœne nō itē,maxime aūt ſi mentha, aceto, atq; aromatibus fuerit conditum. Si concoquitur natura calidis confert, ſemen uirile auget,ac aluum lenit.Aiunt cerebella leporis & cuniculi contra uenenum plurimum poſſe. Oculi animalium ſi tenerrimi ſunt & pinguis beſtiæ, cum ſint & humidi moderati alimenti habentur. Hic bolus ophthalamia a liguritoribus uocatur. Lingua humiditatem in ſe habet fere temperatam inter durum & molle.Verum ſi cum glanduloſa carne,quæ ei innoxia eſt,quæq; glutinum quoddam in ſe & humiditatem habet coquitur,& cum aromatibus conditur,ſuauis eſui eſt, nec inſalubris habetur.Cor frigidum & ſiccum,& ob eam rem melancholiam auget,tarde concoquitur,non tamen parum alit,De mortuo corde loquor uiuens enim,caloris receptaculum eſt. Pulmo uiuens calidæ & ſiccæ qualitatis eſt, mortuus frigidæ & humidæ ob eius raram

texterā & leuitatē modici alimenti habet. Hepar qd & iecur licet ap‐ pellare, groſſos generat humores, difficile cōcoqtur, appetentiā tollit. Lactentiū iecinora minus tn̄ inſalubriora putant. Gallinacea & anſerina ſiue anatina his adduntur. Capraꝶ hircoꝶ iecinora fugito ne in epilenſiā incurras, quā nr̄i comitialē morbū appellant. Cōtra uero epar lupi nō modo nō nocet, ueꝶ etiā hydropiſim curat, Valet itē epar rabioſi canis tritū & ex aqua potū cōtra morſum alterius rabie ſæuientis ubera qa fibroſa & cartilaginoſa ſunt frigidæ uis & ſiccæ habent. Hinc eſt ꝙ craſſum pſtent alimentū, & quāto lacte abundantiora ſunt, tanto maioris ſunt alimenti. Splen ſiue lien acorē quēdam in ſe hēt ꝙ antea receptaculū melācholiæ fuerat, hinc eſt ꝙ ſtomachū, & appetentiā iuuat. Cito tn̄ ſatiat, Eius frequens uſus bilem nigram facit. Porcinus ſplen cæteris minus inſalubris habetur. Alæ auiū in cibū ſumptæ ſaluberrimi ſunt alimenti, pcipue aūt gallinaꝶ. Sunt q & anſerinas his addant. Frequēti.n.motu ſiqd mali ſuci ineſt purgat. Silr quoqꝫ anſerina & gallinacea colla cæteraꝶ uolatiliū meliora putant, ſi ſanguine intercutaneo caruerint. Grauis ſaporis renes urinæ receptaculū, & q̄ſi colla qdā humidoꝶ recrementoꝶ ſunt. Difficillime itē concoquunt, ac in malū uertunt humorē. Lactentis tn̄ hædi renes, qa nihil adhuc terreſtre hn̄t, nō improbantur. Peſſimi ſunt alimenti, ac bilem atram faciunt recrementorum omnium receptacula licet obeſent. Minus tamen improbanda ſunt auium, præcipue autem gallinæ uentricula, & inteſtina. Iuniorum animalium teſticuli q̄ uetulorum qui tarde concoquntur, probabiliores habentur. Gallinacei tamen nunq̄ improbantur. Nō diſplicuit mihi Palelli hoſpitis noſtri patina, qui pedes uitulinos bene lotos: & coctos cū iuſculo aromatibus inſparſos, in cœnam more romano attulit. Inditum quoqꝫ aliquid ex aceto putari adeo appetentiam excitabant. Apponi hæc patina prima menſa conſueuit. Boni & facilis extat alimenti, pectori cōfert, tuſſim lenit, meatꝰ urinæ exulceratos ſanat, dyſentericis prodeſt. A medicis tamen anteriores magis q̄ poſteriores animalium partes probantur.

PLATYNÆ LIBER SEXTVS.

❡De Obſoniis. Cap. CXXXVII.

ACtũ ꝑfecto nil hactenꝰ uideret explicata eaꝝ reꝝ nã,& ui,qbꝰ humana cõſuetudo ueſcit,niſi deiceps obſonioꝝ cõficiendoꝝ rõ, q̄ & coq, & popinarii utunt ordie ꝓberent.Nõ.n.oium edulioꝝ eadẽ eſt coctura,eadẽ cõditura,eodẽue tpe. Elixa debet eẽ bubula, & uaccia caro , elixum uituli pectꝰ.Dorſũ tñ ſeu ſpinã malis appellare aſſaturã reqrit.Coxas eiuſdẽ in pulpamẽtũ rediges.Totũ uer uece nõ iiuria elixabis,licet ex ſpatula &coxis bona fiat aſſatura. Suillã carnẽ quoqũo coxeris inſalubrẽ inuenies.Eius tñ ſpina ubi recens eſt aſſa ad gulã facit.Sũt q̄ cepas i eiꝰ feruẽti adipe coquãt,deuorẽtq; hædi utrũlibet cocti ſuaues,& ſalubres ſunt,coxæ tñ aſſæ meliores habent.Eadẽ & de agni coctura.Caprinã carnẽ ſi uoles menſe ianuario cũ alliato comedes.Cerui uero anteriorẽ partẽ i iuſculo laridario coques,lũbos aſſabis,ex coxis paſtillos,aut pulpamẽta facies . Eadẽ & capreoli,damæ,ac capræ coctura.Aprũ in pipato,aut in laridario cõdies.Leporẽ aſſũ recte cõuiuis appões,poſterior tñ ps melior habet. Anteriorẽ nõ iniuria i pipato uel laridario coques. Eadẽ eſt & de cuniculo coctura.Sũt qui urſinam carnem ex paſtilo comedant.

❡Q ũo coquendæ Aues Cicures & ſiluaticæ. Cap. CXXXVIII.

AVes amphiuias,hoc eſt terra & aqua uictũ q̄rentes,ut anſerẽ,cygnũ,anatẽ,gruẽ,ciconiã ac cætera eiuſdẽ fere nãæ elixabis.Pauonẽ uero phaſianũ,coturnicẽ,ꝑdicẽ,turdos,merulas , ficedulas , gallinas ſiluaticas aſſabis.Hæ quoq; aues elixet cũ pipe & ſaluia nõ inſuaues uidedebunt.Capos ꝓpingues aſſos,medios inter maciẽ & pinguedinẽ comedes . Idem fiet de gallina & pullaſtra.

❡Elixum. Cap. CXXXIX.

CArnẽ in fruſta conciſam ꝑ horã in aq̄ frigida ſines,bñ deinde lotam cũ aq̄ calida, atq; iteꝝ recẽti i cacabo lato, ne an.

guſte bulliat ad focũ pones, ſalẽq; indes anq̃ efferueat. Vbi ebullire occipiet, bñ deſpumabis. Si uideris ſabulũ aut terrá cõmixtá ſali, aq̃ calidæ cocleare accipies, huicq; ſalẽ ĩfundes. In fũdo ſabulũ & q̃cq̃d terreſtre erit reſidebit ſal in ſummo cũ aq̃ natabit. Hãc colatá cacabo infũdes. At ſi caro ãnoſa fuerit, eá crebro cochleari eximes, recentiq; aq̃ hũectabis, idẽ facies ſi gallinæ uľ capi ãniculi fuerit. Alba hoc mõ cũ iure caro remanebit.

ℭAſſum. Cap. CXL.

ASſum ex q̃uis carne hoc mõ facies, ſi annicula erit, ubi mo dicum ebullierit ex cacabo exẽptam illaridabis, uoluiq; ad ignẽ iubebis quo ad bene coquatur. At ſi tenella fuerit, ut uitulia & hædina ſine elixatura eo mõ quo ſupiorẽ deques. Capos, phaſianos, hædulos, pdices & q̃cq̃d ſiluaticum aſſaturá reqrit, bene deplumatos exẽteratoſq; in feruẽti aq̃ lauabis, lotos ac ꝑ appe tẽtia odoriferis herbis pipe & larido bñ cõciſo refertos ad focũ lento primũ igne coq iubebis at ubi paululũ a coctura abeſſe uideris, ſalẽ cũ trito pane circunq̃q; aſpges, excitato maiore q̃ ãtea igne, iuolutoq; uolubiliore manu ueru. Vñ ſtati exẽptá carnẽ exhalareq; pmiſſá ad cõ uiuas deferes.

ℭPiperatum ex ſiluaticis. Cap. CXLI.

PIperatũ cum q̃ uis carne ſiluatica hoc mõ facies. In catinũ tm̃ ex uino nigro auſtero indito q̃tũ ex aqua, optimeq; in eo carnes lauato, loturá deinde colato: additoq; tm̃ ſalis, q̃tum res exigit. Eandẽ aquá cũ carne ĩ lebete ad ignẽ põito. Coctá carnem eximito, in patinaſq; diuidito, bucellas panis in craticula torreto, to ſtas in aceto remolleſcere ſinito. Vbi acetũ ſatis imbiberint una cũ li bra paſſulaꝝ eas optime cõterito. Huic oportũe ſáguis ipſi⁹ beſtiæ ad hereť. uľ iocuſcula ſi fieri poſſet cõtrita. Hæc deiñ cũ ĩpo iure miſceto, additoq; parum ſæpe aut defruti cũ aceto illo cum quo panem ma ceraueras, poſtea uero per cribrum ſetaceũ hæc omnia ſimul facito tranſeant. Indita in cacabum aſperſa pipere chariophilo, cynnamo mo, ut uoles facito æqualiter bulliant per dimidium horæ in carbo nibus agitando ſæpius cum tudecula uel cochleari. Carnem poſtre mo cum larido frictam, diuiſamq; in patinas hoc piperato cõdito cõ

uiuiſq; apponito.Multū & cōmode alit,ſtomachū fouet,corpus obēſat, biloſis tñ nocet,calculū facit,plus minuſue ſecundum reꝝ ipſarum compoſitionem.

¶Ius laridarium. Cap. CXLII.

VS laridarium cum q̄uis carne ſiluatica hoc mō facies carnē in catino ubi tm̄ ex uino albo,q̄tum ex aqua bn̄ lauabis loturáq;(ut par eſt colabis) cum hac lotura,cūq; larido ac ſaluia minutati cōciſa carnē in lebete coques, ubi ꝑpe cocta fuerit,aromata ſuffundes. Vt uero craſſius aliquātulū ioſculum fiat,oui uitella duo & qdē ꝑdura cum qbuſdā bucellis panis ſicci ne oino toſti ſimul cōteres,cōtrita cum iure miſcebis,iuſundeſq; in cacabū.Melius tū fieret hoc,aut ex ſanguine,aut ex coctis,aut cōtritis ioſculis eiuſdē aīalis.Coctā carnē in patinas tuo more diuides,cōuiuiſq; aut minutatim aut in fruſta cōciſam cū ipſo iure appones. Multi & hoc alimenti eſt,ſtomachum tn̄ crebro ueſcentibus facit.Epar & renes concale facit,biloſis nocet,ſolis pituita laborantibus cōuenit.

¶Cibarium ex ſiluaticis. Cap.CXLIII.

CIbariū qđ uulgo corrupto uocabulo ciueꝝ appellāt ſic facito. Carnē ſiluaticā cū aqua & aceto pari mēſura coqto. coctā ex iure eximito ſinitoq; in pinace,uel(ut latine dicā) orbe tandiu reſideat donec humor exierit,eā deinde in optimo larido frigito.At ſi duas patinas cōdire uolueris paſſulaꝝ librā,ſelibrāq; amygdalaꝝ cū ſua pelle cōterito hiſq; bucellas panis nō nimium toſtas,& atro uino remolitas ac tūſas addito, permiſcetoq; oīa cū iure in quo caro cocta eſt.Facito poſtea hæc oīa ꝑ cribrū farinaceū in cacabū trāſeant, ebulliantq; ſimul in carbonibus longe a flamma ꝑ dimidium horæ curato. Si aromatum cupidus aut ſecus eris,ex gingiberi aut cynnamo plus minuſue addito. Cepullā poſtremo in ollula cum larido teſſelatim cōciſo bene coctam ac tunſam in cacabum dimittito:ſinitoq; paululū efferueat,ac deinceps in patinam cum iuſculo diuidito.Nutrit & hoc tarde concoquitur,faſtidium mouet caput lædit & oculos,epati nocet,uentrem ciet,biloſis obeſt & pectori.

¶Paſtillus ex ſiluaticis. Cap. CXLIIII.

EX ceruo uľ capolo paſtillũ ſic facies. In fruſta haud magna
CVcurbitam in iure,aut aqua cum modico cepullæ coctam ac conciſam p cochlear pforatum in ollã trãſmites,ubi inſit ius pigue,modicũ acreſtæ ac croci. A foco ubi parũper efferbuerit eximes,In exẽptã ac refrigeratã aliquãtulum, duo uitella ouo; cum modico caſei ueteris ac triti diſſoluta indes, aut cochleari continuo miſcendo,ne coglobata cocturam impediant. Trãſlatã in

ſcutulas,aromatibꝰ iſparges. ¶Lac in Cucurbita. Cap.CCXLIII.

CVcurbitã elixã,& in expſſam ne inſit aq̃ p ſetaceũ aut p cochleare foratũ trãſigito,facitoq; ut i cacabũ cũ ſucco amygdalino,& lacte caprino efferueat. Acreſtam deinde aut ſaccharum pro appetentia conuiuarum addito.

¶Carabazum Catellonicum Cap. CCXLIIII.

CVcurbitam,quã carabazũ catellonicũ uocãt,bñ mũdã i cacabũ cũ larido tm̃ ad focũ ponito, finito ut horas q̃tuor in carbonibus cochleari ſæpe mota efferueat. Ius deiñ & pingue & croceũ,& ſaccharo atq; aromatibus cõditũ,in eundẽ cacabũ indito. Sũt q duo oua cũ acreſta & caſeo trito diſſoluta & mixta,ut in cucurbita dixi,non incommode addant.

¶Ius in faba recenti. Cap. CCXLV.

FAbas eo mõ,quo amygdalas ſoles ex aq̃ calida depilato. In cacaboq; cũ iure pingui cũq; ſalita carne ad focũ põito. ubi ꝑpe coctas exiſtimabis , petroſelinũ & mẽthã cõciſã idito. Coq & hoc modo reliqua legumina debent cũ pele, ne ut fabæ decorticentur. ¶Verzuſum in ieiunio. Cap. CCXLVI.

AMygdalas ex aq̃ calida mundas ac tritas cũ excauato atq; in acreſta remolito,pane miſcebis,addes deinde malaranci ſuccum ſacchari aliquid. quæ roſaceæ parum. Croci non nihil. Impenſam poſtremo in cacabũ p ſetaceũ trãſferes. facieſq; ut procul flamma parũ efferueat, cochleari ſemper inuoluẽdo.

¶Leucophagum in ieiunio. Cap. CCXLVII.

LIbrã ac ſemiſſem amygdalarum ablata mẽbranula cõtũdito,tunſis panẽ excauatũ, humectatũq; in iure piſcꝝ aut in coctura pãis alb addito. Selibrã deiñ pulpæ marini piſcis. aut fluuialis luci elixi terito,amygdalis,aut cum ſucco malarãci, aut cũ acreſta,aq̃ros gingiberis ſelibra. Sãcchari uncías.viii. admiſceto Redacta in unũ q̃ſi corpus p ſetaceũ in cacabũ trãſmittito,facitoq; ut ꝓcul flamma in carbonibus parump efferueãt. Miſcere cõtinuo memẽto. Hoc paꝝ alit,diu morat̃ i ſtomacho,bilẽ reprimit,ardorẽ urinæ

tollit, genituram auget. ¶Piſa in ieiunio. Cap. CCXLVIII.

Ondire piſa pro tpe ieiunii cũ lacte amygdalino ea rõne, q̃ ꝓdiximus poppor tune poteris. Vitet hoc cibariũ Pãtagathus Leonicenus, tarde.n. concoquitur melãcholiã auget, ac neruis obeſt. ¶Minutal. Cap. CCXLIX.

OLerã in aquam feruentẽ indita, ſtatimq́ʒ ablata, minutatim cõcidito. Cõciſa demũ in mortario cõterito, tũſa bñ facito efferueãt uſq́ʒ ad cocturã, addito (ut parem) ſaccharo. Hoc utat Celius noſter, cui aſtrictior ẽ aluus. & ſi.n.paꝝ alit, tarde concoquitur, aluum tamen mouet, genituram auget, & ardorem urinæ ſedat. ¶Minutal. Cap. CCC.

OLera ut prius dictum eſt cocta, ac cõciſa in iure pingui, aut ex carne, aut ex oleo butyroue decoqto. Parũ alẽt, cito concoquentur, aluum mouebunt, bilem reprimenr.

¶In Canabim. Cap. CCCI.

SEmẽ canabinũ ꝑ diẽ ac noctem in aqua ſinito quod in ſummo natabit, ut uanum abiicito. Hoc cum amygdalis bene mundis contundito. Tunſum cum iure piſorum diſſoluito, ſacchari modicum & aquæ roſaceæ addito. Concoquito q́ʒ ſimul omnia bene miſcendo ad octauã horæ. De hoc cibo male ſentit. Caſſius emina quo nihil (ut idem aſſerit) poteſt eſſe inſalubrius.

¶In braſſicam Romanẽſem. Cap. CCCII.

MAnib⁹ i tortã braſſicã in aq̃m feruẽtẽ cõiicies, ſemicoctã (iure ꝓprio abiecto) in aliũ cacabũ trãſferes inuolueſq́ʒ larido bñ tũſo. Indes ꝑterea tm̃ iuris piguis, q̃tũ ſaterit. Paꝝ efferueat ſines, nõ.n.multũ cocturæ reqrit. Nocet hic cib⁹ ut in braſſica dixim⁹, ſtõacho & capiti. hinc eſt ꝙ Cornelius nr̃ q̃q̃ Roman⁹ caulẽ tãq̃ rẽ pnitioſam reiicit. ¶Cibarium Croceum. Cap. CCCIII.

PRo duodeci ouiuis librã amygdalaꝝ cũ mẽbranulis tũdes his capi elixi, aut cui⁹ uis bonæ alitis ped⁹. ouoꝝ uitella q̃tuor, ſacchari ſelibrã, cynnãi, gingiberis paꝝ, croci pluſculum otraria addes, ac iure pingui & acreſta diſſolues. Diſſoluta in cacabũ per ſe,

taceũ excretoriũ infundes,facitoq; ꝑcul flãma in carbonibus efferueant agitando ſemꝑ cochleari. Ad horã ebulliant neceſſe eſt,ſunt q inter bulliendũ duas uncias liquaminis aut butyri recentis indant. Patinis aromata inſparges. Alit hoc, & ſi tarde concoquitur obeſat, uenerem ciet,epaticis ac cardiacis prodeſt.

¶In florem Sambuci. Cap.CCLIIII.

PRo.xii.cõuiuis i ieiunio. Ex ſicco ſambuci flore tris uncias in aqua frigida ꝑ horã ſines exp̃ſſa inde aqua dimidiũ cũ libra ac ſemiſſe amygdalaꝝ mundaꝝ tundes, addeſq; excauatũ ac molitũ panẽ ſelibrã ſacchari,paꝝ gingiberis,ſi croceũ uoles, addes & paꝝ croci. Hæc oĩa in cacabũ ꝑ ſetaceũ fundes, feruere ubi occeperint,reliquos flores integros indes. Coctũ cũ aromatibus cõuiuis appones. Hoc & ſi noſter Labeo nõ guſtu ſolũ ueꝝ ẽt olfatu reiicit pectori tñ epati melancolia, & hemoroidibus laboranti ꝓdeſt:ut in ſambuco diximus.

¶In Zanzarellas albas. Cap,CCLV.

PRo decẽ cõuiuis,librã amygdalaꝝ purgataꝝ cum modico floꝝ ſambuci bene cõteres,cõtritã atq; aquæ recenti diſſolutã ꝑ cribrũ ſetaceũ i cacabũ mittes. Cyathũ ex hoc reſeruabis quo duos panes tritos,decẽ albumina ouoꝝ bñ agitata,ſelibrã ſacchari diſſolues ac in ꝑdictũ cacabũ ubi feruere occeperit indes. Nõ ſunt agitanda cochleari. Spiſſari ubi incipient,in patinis cõuiuis appones. Aromatibus dulcibus inſpargere memento. Hoc utať Ariſtoxſenus gallicus,pectus.n.lenit, uentrẽ ciet, dyſſuriã tollit.

¶Leu cophagum Catellonicũ. Cap.CCLVI.

PRo.x.conuiuis amygdalis tunſis, ac iure pingui aut uitulino, aut pullino diſſolutis in cacabumq; cum duabus unciis farinæ riſi per ſetaceum fuſis lentum ignem per oram præbebis agitando ſemper ne ſerie adhereat. Inde ſelibram ſacchari,& pectus capi elixi ac tunſi indes. Coctis aquã roſaceam addes, ac ſtatim in patinas aromata dulcia inſpargẽdo tranſferes. Bene hoc alit, & ſi ſero concoquitur. Corpus item obeſat, epar iuuat aluum ſtringit.hinc eſt q; colicis nocet.

¶PLATYNÆ LIBER OCTAVVS.

¶De condimentis quæ uulgo ſapores uocant. Cap.CCLVII.

NOn erat ſatis tot uaria eſciorũ gña deſcripſiſſe,niſi ↄdimēta quoq; copia ad excitādá demortuá appetētiá calcaria adderem⁹.hos ego ſi pp ægritudinē aut nimios æſtus aut honeſtos labores deſideriũ edēdi reſciderit ꝓbádos puto.Sin uero ad luxũ ad libidinē ad itēpantiá ſumátur (ut hodie uulgo fit) nō ſolū iprobandos cēſuerim,ſed ēt oino reiiciēdos,cũ libidinũ acerrima inſtrá ſint. Vidi ego pleroſq; nō Romæ mō,ubi hoīum mōſtra magna ipēſa alũt ueꝝ ēt i qbuſdá ciuitatibus italicis,q̃ reꝝ potiunt,adeo gulæ ac uētri deditos,ut cũ obeſitate & freq̄ntia uarioꝝ cibarioꝝ appetēdi deſideriũ amiſerint,cōqſitores ꝓpoſitis magnis p̄miis ſubmiterēt,q ob limatũ ſtomachũ fraceſcētē gulá & deſidē quouis mō excitarēt. Quátũ auri dii īmortales ob talē ſũptũ cōſumit,ueꝝ ad inſtituta redire tutius ē,q̃ his bilē irritare,q cũ itēpanter uiuát,pci tñ ac frugi uideri uolũt.Pro bonis igit corpe atq; aio laborátib⁹ cōdimēta ꝓponá quo inſtaurata appetentia honeſto labore diu ſufficiant.

¶Condimentum Album. Cap. CCLIII.

PRo nũero cōuiuarũ amygdalas bñ mũdas cōtũdes addito excauato pane i acreſta pri⁹ remolito gigiberiq; albo q̃tũ ſat erit. Hác cōditurá acreſta aut ſucco malarāci diſſolutá, in catinũ p ſetaceũ tráſmites.Dulcē ſi uoles ſaccharũ ides. Poſitá i patias ↄuiuis dũ elixas carnes,aut piſces edũt appōes.cũ aromatibus aut ſine uti uoles.Hoc eduliũ & ſi parũ alit & tarde cōcoqt, epar tñ iuuat ac refrigerat.

¶Cōdimētũ Camellinũ. Cap.CCLIX.

CVm paſſulis tris bucellas panis toſtas ac in uino nigro remollitas bñ tũdes. Tunſas cũ uino nigro ſapa acreſta,aut aceto ſi malueris diſſolues.Triti cynnami, chariophllorũ q̃tũ ſat erit ides.Tráſactũ p ſetaceũ i catinũ,ubi uoles cōui

uis appones,bñ cócoqtur,alit,digeritur,corpus obeſat,ueneré ciet, ſtomachũ &epar iuuat.Ex hoc ego Philelphi cóuiuia ſuauiſſime ediſ ſime ediſſe me memini.

❡Moretũ qđ ſapa uocat. Cap.CCLX.

VItella ouorũ dura, iecinora pulli elixa, amygdalas toſtas ꝑ numero cóuiuaꝝ ſimul terito. Trita aceto acreſta diſſolui. to in cacabũq; p ſetaceũ traiicito addẽdo tñ cynnami, gin giberis,ſacchari.qtũ ſat erit. Coq paululũ hoc moretũ, & colorari croco debet. Alit tũ mirifice. Epar iuuat,ægre tñ cócoqtur.

❡Tucetum ex Prunis ſiccis. Cap. CCLXI.

PRuna in uino nigro remolita & exoſſata,cũ modico amyg dalaꝝ nó decoriataꝝ cũq; aliquot bucellis panis toſti,ac in eodẽ uino quo primo humectatis ſimul tunſa. Tunſa cum acreſta uino nigro,ſapa,aut ſaccharo diſſolues,ac colabis,addendo aliqd ex aromatibus maxime uero cynnami.Parũ alit, appetentiam tollit,ſtomacho nocet.Bilem tñ reprimit,epar calidum refrigerat.

❡Moretum Viride. Cap. CCLXII.

PEtroſelini,ſerpilli,bletæ,aliarũue herbaꝝ odoriferaꝝ, parũ gingiberis,itẽ cynnami ac ſalis modicũ ſimul terito. Tri. ta aceto acri diſſoluito,ac in catinũ p ſetaceũ tráſagito. Si alliũ placet plus minuſue ex appetentia addito.Alit & hoc paꝝ,ſtomachũ atq; epar calefacit,tarde ɔcoqᷣ, Oppilatóes tñ aperit & deſideriũ edendi.ſuſcitat.

❡Moretũ pſicinũ. Cap.CCLXIII.

AMygdalas mũdas cũ excauato ac remolito pane bñ ɔdito. Tunſi paꝝ gingiberis & cynnami addito. Acrẽſta deinde uino nigro,ſucco mali punici diſſoluito,tranſagitoq; p ſeta ceum excretoriũ in catinũ,aut in patinas. Suntq & ſanda los tunſos his rebus addant.Hoc eduliũ parum alit,diu moraᷣ in ſto macho,bilem tamen reprimit,ac æſtuanti epati prodeſt.

❡Moretum geniſtinum. Cap. CCLXIIII.

MOdicũ croci duo uitella ouoꝝ cũ tritis amygdalis acreſta diſſolues,gigiberíſq; addes tunſum ac cribratũ,Tráſactũ p ſetaceũ i patias cóuiuis appóes.Tarde ɔcoquũtur,multi

erūt alimēti,cor & epar iuuabūt.

¶Moretū ex Vua. Cap.CCLXV.

VAm nigrā in mortario una cū excauato pane cōtundito modicū acreſte deīn aut aceti miſceto,ne pᵘ uſq̄ ſatis ē dulcius fiat. Hæc ad focū p ſemihorā efferueſcat facito,additoq; cynnamo ac gingiberi tunſo,ubi refrixerint colato & patinis indito,cōuenit hoc ſtomacho atq; epati,corpus obeſat, bene alit & facile concoquitur.

¶Moretum ex moris. Cap.CCLXVI.

AMygdalis cū excauato pane bn̄ tunſis mora cōterito leniter tn̄,ne acina infrigas. Cynnami deīde gingiberis,ac nucis muſcatæ paꝝ addito p ſetaceūq; in catinū trāſagito. patū alit,diu i ſtomacho morabiť. Faſtidio afficit, dētes ſolū & oris ptes iuuat.

¶Moretū ex ceraſis aut merēdis. Ca.CCLXVII.

EX ceraſis tn̄ aut ex merēdis moretū facies ea rōne q̄ uinaceū fieri diximꝰ. Differūt tn̄ colore ac ſapore, plꝰ minuſue earū rerū addēdo q̄s indi poſſe p̄diximus. Qua i re p̄ſint aut noceant,cū de ceraſis loqueremur ſatis ſupq; diximus. Idē ēt de cornis fieri pōt.

¶De ſinapi. Cap.CCLXVIII.

SInapis educta penultima p̄nunciādū eſt,e græco.n. in a lōgū cōuertitur. hoc & in pulmentis utimur, cuius tria ſunt, gn̄a unū gracile,alterū ſīle rapi foliis, tertium erucæ ſemi. Optimū ægyptiū.nulla cultura naſcitur, melius tn̄ trāſlata planta ſubcreſcit. Sinapiā Pytha.principatū ob uehemētiā dedit,q̄m non aliud magis in nares & cerebrū penetrat. Serpentū & fungorū uenena diſcutere putatur ob eius calidā uim & ſiccā. ſtomacho utiliſſimū hn̄tur,agit i pulmōis uicia,ueterē tuſſim leuat.faciles excreatiōes facit. Suſpirioſis i cibo dať. ſenſus atq; caput ſternutamētis purgat,aluū mollit,mēſtrua & urinā ciet,pituitā reſcidit, corpis uicio illitū iurēdi uim oſ̄dit.

¶Sinapium. Cap.CCLXIX.

TVnſe ſinapi biduo tn̄ prius i aq̄ crebro p̄mutata quo candidior fiat & tēperatior remolite, tunſas amygdalas addito, atq; iterū cōterito,cū excauato ac mollito pane acreſta deinde, aut acri aceto diſſoluta p ſetaceum i patinas mittito.

Dulcē ſi uoles dulcia, ſi acrē acria idito. Hoc pti nā pti rōne cōponis ſtomachū & epar concalefacit, ſplenē extenuat, ſitim facit uenerem ſtimulat.

¶ Sinapium Rubeum. Cap. CCLXX.

Sinapim paſſulas ſādalos bucellas pāis toſtas, cinami parū, aut ſeorſum, aut ſimul cōterito uel mollito, trita. n. cū acreſta, aut aceto, cūq; modico ſapæ diſſoluito. in patinaſq; p ſetaceum trāſagito. Hoc minus ſupiore cōcalefacit, ac ſitim mouet, nec incōmode nutrit.

¶ Sinapiū in fruſta. Cap. CCLXXI.

Sinapi ac paſſulis bene tunſis cynnami parū ac chariophilorum admiſcebis, pillulaſq;, aut teſſellas ex hac mixtura facies. Siccas i tabula quo uoles tecum deferes. Acreſta ubi opus erit, aut aceto. aut ſapa diſſolues. Natura parum a ſuperioribus & hoc differt.

¶ Moretum Celeſtinū in æſtate. Cap. CCLXXII.

MOra ex rubro tunſa tritis amygdalis admiſcebis, paꝝ gingiberis addes, diſſoluta aceto, aut acreſta p ſetaceū facito trāſeant. Paꝝ hæc alunt, tarde concoquunt, faſtidio afficiunt. Hepar tñ iuuāt.

¶ Piperatum croceū in piſces. Cap. CCLXXIII.

BVcellas panis toſtas in modico aceti uini nigri ac defruti facito ferueāt. coctas p ſetaceū trāſiges, indeſq; arōata acria ſimul ac dulcia, ſi croceū uoles crocū addito. Hoc pcōmode alit, apte cōcoqtur. Stomachum & epar calefacit pituitam diſcidit. Alliatum ex iuglade aut amygdala.

AMygdalis aut nucibus ſemitunſis mundi alii qtū uoles addito ſimulq; ut parē, optime territo inſpargendo continuo modicū aquæ, ne oleū faciāt. Tritus excauatū panē ac remollitūi iure carniū. aut piſciū idito, rurſumq; terito, diſſolūi eodē iure ſi p durū uidebit pcōmode poterit. Seruabit ad tps ut de ſinapi dixim' cōmodiſſime. Huius edulii Pōpeius nr̄ pcupidus eſt, & ſi parum alit diu morat i ſtomacho. uiſum hebetat, epar cōcalefacit.

¶ Alliatum Coloratius. Cap. CCLXXV.

SPage in hoc qd in ſupiore. Veꝝ nō aqua aut iure diſſolues, ſed muſto uuæ nigre manibus expreſſo & pſemihorā deco-

coctо. Idẽ ẽt fieri cũ ſucco ceraſiorũ põt. hoc magis alit q̃ quod prius deſcripſimus.

¶ Acreſta uiridis. Cap. CCLXXVI.

NAſturciũ qđ græci uocãt bene cũ modico ſalis cõteres. Tunſum acreſta ueteri diſſolues, in patinamq; per ſetaceũ trãſferes.

¶ Moretũ Pãpinaceũ, qđ ſalſum uocãt. Cap. CCLXXVII.

PAmpinos uitium teneros adhuc bene tundes. addes ſi uoles alli tenelli caulẽ, & modicũ excauati panis. De ſale nil loquer, cum nullum fere edulium ſine ſale fiat. Aceto deiñ aut acreſta hæc oĩa diſſolues, & diſſolutã in patinã p ſetaceum trãſferes. Parum hoc alit. Stomachũ & epar refrigerat, cholerã reprimit.

¶ Acreſta cum feniculis. Cap. CCLXXVIII.

ALlium cũ feniculis dulcibꝰ bene tundito tunſum acreſta recẽti diſſoluito, diſſolutũ p ſetaceum colato. Tumefactum aluum reſidere facit parum alit epar refrigerat.

¶ Sapor roſellinus. Cap. CCLXXIX.

ROſella nondum bene matura cõtundito una cum ſpico allii ſi uoles, tunſa & acreſta diſſoluta in patinam per ſetaceũ colato.

¶ Moretum ex cornis. Cap. CCLXXX.

COrna bene matura manibus confracta in cacabum repones, hiſq; multum acreſtæ recentis, piperis, modicum, ſalis pluſculum addes. Vbi hæc ſimul p horas duas ebullierint per cribrum ſetaceum ſatis rerum facito in ſeriam aliquã, ubi ſeruentur traſeant. Colorari ex hoc alia edulia poterunt. Indi. n. parum oportet quia aluum aſtringit, pectus exaſperat, & parũ alit. Refrigerare tamen epar, & bilem extinguere putatur.

¶ Pulmentum in Torta. Cap. CCLXXXI.

PVlmentum qđ uulgo tortã appellamus & hoc nomẽ a tortis & cõciſis herbis, ex qbus fere ſit accepiſſe putatim, fecit hoc nr̃orum feliciſſimum ſæculum, quo oĩa ꝓpe maiorum inuenta ſunt inuerſa, adeo gulæ & uentri dediti ſumus, ut qđ tum clarum erat nunc obſcurum uideatur. Ex auibus. n. & q̃uis altili non ex

holerib' artocreata uolũt delicatæ nroꝝ gulæ, Bletã, cucurbita, rapũ napũ bugloſſũ eoꝝ uernacula cibaria faſtidiunt, mihiq; & Cornelio meo relinquunt. Nec imerito qdẽ qñ lenociniis, adulatõibus, blanditiis, aſſentatiõibus q̃ñ generoſo quodã labore diuitias & opes qbus abuterent ſint cõſecuti. Totã igit ſiue illa pythagorea ſit ſiue gallica deinceps appellabimus.

ℭTorta Alba. Cap. CCLXXXII.

Libram ac ſemiſſem optimi caſei recentis, pſertim minutatim cõciſam bñ cõdito. Tunſæ ouoꝝ albamenta. xii. aut. xv. ſelibrã ſacchari, ſemiunciã gingiberis albi, ſelibrã liquaminis porcini, toridẽ butyri recẽtis lactis q̃tũ ſat erit admiſceto. Vbi cruſtã ſubtilem admodũ in textu collocaueris hæc oia indito, ad focũ poſita lento igne decoqto. Sup ut coloratior ſit carbones i opculũ ponito, coctæ ac ex textu exẽptæ ſacchaꝝ tritũ cũ aq̃ roſacea inſparges. Alit hæc multũ, tarde cõcoqt, epar ocaleſacit, oppillatões iducit, calculũ gñat, oculis ac neruis obeſt.

ℭTorta bononiẽſis. Ca. CCLXXXIII.

Tantũ pinguis caſei q̃tũ in alba poſui cõcides ac conteres. Trito bletas, petroſelinũ amaracũ lotũ ociſum, oua q̃tuor bñ diffracta. tunſum pip, paꝝ croci, multũ liq̃minis, aut butyri recentis addes, miſcebiſq; manibus, ut unũ ppe corpus fiãt. Hãc itẽ in textũ ſubcruſtatũ ad focũ pones, Semicocta quo coloratior uideatur ouũ cũ croco diffractũ ſuffundes. Cocta putato, ubi ſupiorẽ cruſtã leuauerit. Hæc & ſuperiore deterior eſt.

ℭHerbaceum Maiale. Cap. CCLXXXIIII.

Tantũdẽ caſei q̃tũ in primo & ſcdo ppoſui cõcidito, & tundito. Tunſo bletæ ſuccũ amaraci paꝝ, ſaluiæ pluſculũ, menthæ minimũ, petroſelini plurimũ tunſa in mortario ſint oia xv. aut. xvi. albamenta ouorũ diffracta, ſelibrã liquaminis, aut butyri recentis addito, admiſcetoq;. Sunt q & folia aliquot petroſelini cõciſa nõ tunſa, ſelibrã gingiberis albi, ſacchari uncias. viii. indant. Hæc oia ſimul mixta in ollã, aut patellã bñ unctã ipoſita in carbonibus pcul flãma ne fumũ cõcipiat, miſcẽdo cõtinuo donec ſpiſſentur, efferueant facito, ubi ppe cocturã fuerint, in aliã patellã ſub-

cruſtulatã tranſferto,textuq; opito,donec oĩa leni igne coquant. Cocta & in patinã tranſlata ſaccharo optimo & aq̃ roſacea ſuffundes. Hoc pulmentũ quo uiridi⁹ eo melius,& gratius.Hoc caueãt q crudi tate laborant,tarde.n.concoq̃tur oculos hebetat,oppilationes facit, calculum generat. ℭTorta cucurbitina. Cap.CCLXXXV.

Cucurbitas bene mundas teres ut caſeum ſoles.Efferueant deinde modicũ,aut in iure pingui,aut i lacte facies. Semi. coctis & in catinũ p ſetaceum tranſlatis, tm̃ caſei q̃tũ prio dixi.Selibrã abdominis,aut uberis p̃pinguis elixi cultro tunſi,aut loco iſtaꝶ ſi placebit,tm̃dẽ uel butyri,uel liq̃minis,ſelibrã ſacchari,parũ gingiberis,nõ nihil cynnami,oua ſex,duos lactis cyathos,paꝶ croci addendo pmiſcebis. Hãc cõditurã in textu uncto aut ſubcruſtato tm̃ lento igne ſubter ſupue coques.Sunt q fruſta foliatoꝶ q̃ iſti lagana uocant,loco ſupioris cruſtæ addant. Coctã ac in patinã tranſlatã ſaccharo &aqua roſacea aſperges.Non edat hoc Caſſius qui colico laborat,& calculo.Difficilis item concoctiones eſt, & male alit.

ℭRapum pyrum cotonea in Torta. Cap.CCLXXXVI.

Rapis & pyris,aut cotoneis ſub cinere & carbonibus bene coctis ac tritis,ea fere oĩa q̃ i cucurbitina diximus admiſcebis coqueſq;. Hoc deuoret Gracchus qui diſuria cruciat, & demortuam in ſe uenerem quærit.

ℭPolenta ſiue ut uulgo Miliacium. Cap.CCLXXXVII.

Quod uulgo miliaciũ uocãt nos recti⁹ polẽtã dixerim⁹.Fiet aũt ꝑ q̃tuor aut qnq; ↄuiuis hoc mõ. Librã caſei admodũ recẽtis tã diu cõteres,dõec i lac ↄuerſum credat.Huic.viii. aut.x.oua tudecula bñ diffracta,ſelibrã ſacchari,tris aut q̃tuor uncias farinæ,uel loco huius excauatũ panẽ,&remolitũ addes, admiſcebiſq;.In patellã deiñ liq̃mie bñ unctã ſine cruſta indes, curabiſq; ut in carbonibus ſubter ſupne ue appoſite coq̃tur. Coctæ ac in patinã trãſlatæ,ſacchaꝶ & aquã roſaceã infundes.Nõ delingat hoc Hircius qui ob uehemẽtem dolorẽ lateꝶ nobis clamore ſuo ſomnũ plerũq; aufert. ℭTorta ſambucea. Cap.CCLXXXVIII.

FLoribus ſambuci oĩa illa miſceto,q̃ i torta alba cõmemora uimus.Spiſſior tñ hæc cópoſitio q̃ illa debet eſſe,quo flores in ptes oẽs tráſferanť.Hoc eduliũ & ſi parũ alit:& tarde di- geriť,lætiores tñ crebro ueſcẽtes facit.Hoc edat Celſ⁹,q̃ Sa turnũ meláncholia ſupat.¶ Torta ex capreolis Vitiũ.C.CCLXXXIX.

CApreoli ꝑfecto hi dicunť q palmites arborib⁹ aut palis ad laq̃ant & uiciũt, hos collectos máipulatim & ſemicoctos, minutim cõcides.Idẽ ẽt fieri ex roſis rubeis ꝑcõmode põt. Cõciſis capreolis,caſeũ recẽtẽ bñ tritũ. tunſum uber elixũ prius aut loco huius ſi magis placebit liq̃men uel butyrũ,gingiberis modicũ cynnami pluſculũ, ſacchari q̃tũ ſat erit addes, & miſcebis. Hác cõditurá i patellá ſubcruſtatá,ac bñ unctá,ad focũ pones. Vbi ꝑ pe cocturá fuerit ſupiorẽ cruſtá pluribus in locis ꝑforabis. Coctá de mũ,ſaccharo multo & aq̃ roſacea cõſparges. Hoc & ſi Veſpaſiáo bi- bliopolæ placet,ꝙ epar iuuat,ꝙ bilẽ reprimit,parũ tñ alit,tarde cõco quiť,pectus exaſperat. ¶ Torta ex Riſo. Cap.CCXC.

RIſum bñ coctũ,aut in lacte aut in iure pingui in tabulá extẽ des,donec humor exprimať, huic deiñ i catinũ parũ caſei recentis bñ triti.x.albamenta ouorũ bñ diffracta,ſaccharũ cũ aq̃ roſacea.& lactis ſi uoles cyathũ unũ admiſcebis.Diſ ſoluta oia in patella obſeruando ea q̃ in torta alba diximus coques, minus tñ caſei hæc req̃rit q̃ ſupior. Alit & hæc multũ,iuuat epar. Ge- niturá auget.Diu tñ morať i ſtomacho,oculos hebetat,calculos cre- at,oppilationes inducit. ¶ Torta ex Farre. Cap.CCXCI.

FAr bñ coctũ ex iure pigui i tabula ut ſubſiccet extẽdito.Poſt exp̃ſſum hũorẽ i catinũ ponito,huic librá caſei recẽtis,& ſe librá ueteris bñ triti: abdomen porci aut uber uitulinũ bñ coctũ & tũſũ cũ gladiolo, aromatũ & ſacchari q̃tũ ſat erit, oua.xv.diffracta cum modico croci ildito,admiſceto tádiu,dõec cõſi ciať. In patellá punctá deiñ tráſlata,ſupneꝗ tm̃ cruſta ꝯtecta, eo mõ quo ſupiora coq̃to. Cocta ſaccharo & aq̃ roſ. ꝯſpargito. Alit & hoc multũ,epati opitulať,ægre tñ ꝯcoq̃ť,oppilatões & calculum facit.

¶Arctocreas. Cap.CCXCII.

A Vt uituli aut hædi aut capi carnẽ elixabis. elixã & enervatã minutatim cõcides,& in mortario tundes.Huic deinde par caſei recentis tm̃dẽ ueteris & triti. par petroſelini & amaraci cõciſi,oua.v.bñ diſtracta. abdomen porcinũ aut uber uitulinũ cõciſum,modicũ pipis,pluſculũ cynnami, minimum, gingiberis,tm̃ croci ut colorẽ cõcipiat addes.Curabis coquatur eo mõ quo albã diximus.Hoc edant Scaurus & Celius,q nimiã macilẽtiam cum obeſitate libenter pmutarent. Vehementer.n.alit, corpus obeſat,epar iuuat,oppilationem tamen & calculum facit.

¶Torta ex Caſtaneis. Cap.CCXCIII.

E Lixis caſtaneis & in mortario tunſis, perq̧ ſetaceũ in catinũ cũ modico lacte tranſmiſſis oia illa admiſcebis, quæ in torta ex farre cõmemorauimus.Croceam ſi uoles,crocum addito.Ad hoc me ſædius inuitat Montanus. Admodũ ſiqdẽ alit,appetentiã excitat,corpus obeſat. Tarde tñ cõcoqt́, ſtomachum & inteſtina inflat,colicum facit,& uiſui nocet.

¶Torta Communis. Cap.CCXCIIII.

C Aſeum optimũ,oua octo,adipẽ bonã:aut porcinã aut uitulinã,aut modicũ butyri p tpe, Panẽ tritũ cũ iure croceo & pingui bene donec unũ ppe corpus ſiãt miſceto. eoq̧ mõ coqto,quo & tortã albã.Hoc pulmẽtũ plus mali q̃ boni in ſe habet.

¶Torta ex Millio. Cap.CCXCV.

M Illiũ bene tunſum lotũ mũdũ anguſte in lacte caprino aut uaccino decoqto.Cocto farinã cũ duobus ouoꝝ albamentis,aut ſi ad minus placet cũ lacte diſſolutã admiſcebis, bene cochleari oia inuoluendo,ſaccharũq̧ inſpargendo. Ex cacabo deinde in tabulã oia extendito.ubi paululũ refrixerint,bucellas oblongas in patellã cũ liquamine frigito.Frictas & coloratiores factas in patinas tranſferto,ſaccharoq̧ aq̃ roſacea ſuffunditoq̧. Idẽ ẽt fieri tpe ieiunii põt,ſuccũ amygdalaꝝ p lacte,& oleũ p liquamine cõmutando.Idem ẽt de riſo fieri põt,qd & ſuauius & ſalubrius erit.

Hoc.n.paꝝ alittarde cōcoquitur,aluum ſtringit,& oculis nocet.

ℂTorta ex merendis. Cap.CCXCVI.

Eraſia acria,q̃ uel merēdas licet appellare exoſſata in mortario cōtundito.Tunſis,roſas rubeas bene cōciſas,paꝝ caſei recētis & ueteris triti,modicū pipis,paꝝ gingiberis,pluſculū ſacchari,oua q̃tuor diffracta admiſceto.Mixta in patellā bn̄ unctā & ſubcruſtatā lēto igne coqto.Ab igne exēpta ſaccharo & aq̃ roſ. ſuffundito.Hoc non multum a ſuperiore ut & gratia differt.

ℂTorta ex Cammaris tempore ieiunii. Cap. CCXCVII.

X cāmaris elixi,qd bonū eſt i mortario tūdes. Succū deiñ amygdalinū cū aq̃ roſacea p ſetaceū trāſmiſſum pparabis, aut ſi id nō poteris,ius piſorū aut cicerum alboꝝ ſeruabis Paſſulas & ficos qnq; coteres.Modicū petroſelini, amaraci bletæ paꝝ incoctæ minutatim cōcides·Cynnami gigiberis ſacchari q̃tū ſat erit addes mixta hæc & bene tunſa cū ouis lyci, ut cōcreta melius coquant.In textu bene uncto ac ſubter ſupneue i cruſtato ad focū pones flāma pcul.Coctū ſaccharo & aq̃ roſacea ſuffūdes.Mēbra oia hoc eduliū lædit.

ℂTorta ex anguillis. Cap.CCXCVIII.

Nguillā decorticatā & in fruſta cōciſam parūper elixabis. Amygdalaꝝ ſuccū cū acreſta & aq̃ roſacea p ſetaceū i catinū trāſmittes. Nō erit itē ab re quo ſpiſſius hoc fiat,paſſulas cū tribus aut q̃tuor ficis cōtundere. Atriplices deiñ cū petroſelino manibus diffractos & i oleo parū frictos.paſſulaꝝ unciā nucleoꝝ itē pineoꝝ unciā,gingiberis,pipis, cynnami,croci paꝝ, ſupradicta tādiu manibus admiſcebis,quoad unū corpus fiant. Mixta in patellā bn̄ unctā,& ſubcruſtatā,indes p q̄dā q̄ſi tabulata fruſta anguillæ collocādo.ubi ſemicocta fuerit i ſupiorē cruſtā pluribus in locis pforatā modicum acreſtæ,aquæ roſ. ac ſacchari ſuffundes.Coctā demum hoſtibus appones.Nil enim boni in ſe habet.

ℂTorta ex Dactylis. Cap.CCXCIX.

Mygdalas bn̄ tunſas cū iure piſciū & aq̃ roſacea diſſolues, diſſolutas i catinū p ſetaceū trāſmittes,dactylorū exoſſatorū ſelibrā.parū paſſulaꝝ, q̃tuor aut qnq; ficos,riſi itē bn̄ cocti uncias

tres i eodẽ mortario ↄteres,paꝝ deiñ petroſelini,atriplicis, amaraci manib⁹ↄfracti,ac i oleo fricti gladiolo cõcides.Nõ erit ab re ſi cũ his iocuſcula, aut adipẽ piſcis cõcideres, unciã pterea paſſulaꝝ corinthiaꝝ,ſelibrã ſacchari,paꝝ cynnami,pluſculũ gigiberis,modicũ croci ſimul aut ſeorſũ teres,ſupioribuſqꝫ admiſcebis. Veꝝ ut magis hæc ſpiſſent,aut ſemiunciã hamili,aut oua lyci indes,extẽdeſqꝫ i textũ bñ unctũ &ſubcruſtatũ iſixis ubiqꝫ nucleis pineis bñ mũdis.Lagana uero ſi placebit,p ſupiore cruſta extẽdes.Coq lẽto igne hoc pulmẽtũ debet.Tenue itẽ ut ſit neceſſe ẽ.Coctũ,ſaccharo&aq̃ roſacea ſuffũdaᵗ. Alit hoc qdẽ & multum,tarde cõcoqtur, epar iuuat, dentes corumpit,pituitam auget.

¶Torta Alba. Cap.CCC.

Librã amygdalaꝝ bñ tunſã cũ aq̃ roſacea,cũqꝫ iure riſi fere cocti diſſolutio,ac p ſetaceũ i mortariũ trãſmittito Riſi deiñ bñ cocti uncias.viii.cũ ipſis amygdalis terito, addẽdo fermẽti albi uncias tres hamili paꝝ,oua lyci ut ſupradictũ ẽ,ſelibrã ſacchari,unciã nucleoꝝ pineoꝝ paꝝ in mortario tunſoꝝ.Mixta hæc oĩa i patellã bñ unctã & ſubcruſtatã extẽdes,ad focũqꝫ pones.Semicoctæ lagana ſupne extẽdes,Coctæ aquã roſ.cũ ſaccharo iſparges Ad hoc ſæpius iuitarẽ Caſſiũ niſi collicã ægritudinẽ faceret, bñ alit, epati opitulaᵗ,uenerẽ ciet.

¶Torta ex cicere rubeo. Cap.CCCI.

Cicer rubeũ coctũ cũ ſuo iure,cũqꝫ modico aq̃ roſaceæ ↄtundes,tunſum p ſetaceũ i catinũ trãſferes. Librã amygdalarũ adeo tritã ut nõ ſit op⁹ p ſetaceũ trãſmittere duas uncias paſſulaꝝ,tres aut q̃tuor fic⁹ ſimul tũſas,unciã pterea pineoꝝ ſemitũſoꝝ, tm̃ ſacchari &aq̃ roſaceæ q̃tũ ſat ẽ,cynnami ac gigiberis tm̃dẽ his addes,admiſcebiſqꝫ.Mixta i patinã bñ unctã &ſubcruſtatã extẽdes.Sũt q̃ hamilũ aut oua lyci addant,quo tenatior hæc torta ſit.Coctã ferme igne ſupne iniecto coloratiorẽ. facies. Tenuis hæc ſit & ſaccharo & aq̃ roſacea ſuffundaᵗ.Epati & uentri tm̃ hoc edulium opitulatur.

¶Torta Pandodapa. Cap.CCCII.

Librã piſoꝝ elixoꝝ cũ itraneis coctoꝝ piſciũ,oua itẽ trutæ aut tinchæ.modicum petroſelini parum mẽthæ bene cõciſæ in mortario ſimul conteres. Addendo ex ſaccharo cynnamo

gingiberi, quantum ſat erit. Hæc bñ tunſa aqua roſacea diſſolues in patellam bene unctã eo mõ quo ſupiora coques. Coloratiores ex croco oẽs tortæ aut accidiores ꝑ arbitrio fieri poterũt. Vtrũq; tñ mali habebuntur alimenti.

¶ Torta in iure. Cap. CCCIII.

Ruſtã eo mõ quo in paſtillis ſoles ſubigito, ſubactã ipoſita c farina, ut ſtare circũquaq; poſſit i textu ad ignẽ deſiccato. Sublata deide farina ſupioreue cruſta pullos elixos aut pipiones in fruſta diuiſos cũ ſucco amygdalino, duobus ouorũ uitellis, modico croci gingiberis cynnami acreſta iure pingui indes. Coctã e furno eximes, ſaccharoq; & aq̃ roſacea ſuffundes. Laudat hoc pulmẽtũ Eſculapi⁹ Romanus. q̃d multũ alit, q̃d ſtomachum renes & epar iuuat, corpus obeſat & firmat, geniturã auget, uenerẽ demortuã excitat. Hinc eſt q; Archigallus hoc cibo frequẽter utitur.

¶ Torta q̃ marzapanem uocant. Cap. CCCIIII.

TOrta quã marzapanẽ uocãt hoc mõ facito. Amygdalas q̃ in aqua recẽti p diẽ & noctẽ reſciderint bñ mũdas q̃ accurate fieri poterit terito, aq̃ recẽti cõtinuo leniter inſpargendo ne oleũ faciãt. Optimã ſi uoles, tãtũ ſacchari optimi addito: q̃tũ amygdalaꝶ. Vbi oia bñ tunſa fuerint, atq; aq̃ roſacea diſſoluta, in patellã leui cruſtulo ſubactã, atq; roſacea aqua ſæpius hũecta tã extẽdito, & in furnũ indito, inſpargẽdo cõtinuo tritũ ſacchaꝶ cum modico aquæ roſaceæ, ne nimiũ deſiccet. Coq itẽ ad focum poſſunt, mõ curet ne toſtæ potius q̃ coctæ uideãtur, baſſam itẽ q̃ altã hãc tortã uelim, melior. n. eſt. Cũ Patritio meo ſenis, ubi peculiariter fiunt ediſ ſe nil ſuauius me memini. Optimi ſunt alimẽti bñ cõcoquunt. Pect⁹ renes epar iuuãt: geniturã augẽt uenerẽ ciẽt, & ardorẽ urinæ tollunt.

¶ Paſtilli quos Caniſiones uocãt. Cap. CCCV.

FArinæ cũ ſaccharo & aqua roſacea ſubactæ, extenſæq; i cruſtuli morẽ, ex eadẽ cõpoſitione indes, quã in marzapanẽ dixi inuolui hæc more paſtilloꝶ deberet, & in furno ut paululo ante dixi lẽto igne coq. Sũt q̃ formulis paſtillos ipſos cõponãt A ſuperiore alimento & ꝓprietate nil differunt. Placẽt autem

Phoſphoro,qui a teneris ſaccharo aſſueuit.

¶Offella. Cap. CCCVI.

CAſei parmenſis non nimium duri parum, tantumdem recentis teres.Duo ouorum albamēta agitabis paſſulas integras cynnami,gingiberis,croci modicū admiſcebis,inuolueſq; farinæ ſubactæ,& bene extenuatæ ad eā quā uoles magnitudinē in forno deiñ nō nimiū coques.Ita.n. gratiores ſunt parū tū alunt,tarde cōcoquunt,oppilationes inducūt, & calculos creant.

¶Anguilla in torta. Cap. CCCVII.

ANguillæ elixæ,& i fruſta ɔciſæ,aut lac alterius piſcis.aut adipē minutatim inciſam,paꝝ mēthæ,petroſelini cōciſi,pineorum unciā,tātundē paſſulaꝝ modicum cynnami, gingiberis,pipis,ac chariophilorū addes,miſcebiſq;.In cruſtā deiñ extēdes,addēdo paꝝ optimi olei.Vbi ꝓpe cocturam fuerit,duas uncias amygdalaꝝ tunſarum in acreſta cū croco diſſolues, ac per ſetaceum tranſmittes,ſuperq; totam leniter extēdes. Hoc pulmento Palladius Rutilius mire delectatur,& ſi nihil boni in ſe habet.

¶Piſcis in paſtillo. Cap. CCCVIII.

PIſcē mundū & lotum circa ſpinā utrinq; ſcindito Sciſſum ſale & aromatibus cōſpargito.Iuuoluitoq; paſta ſatis groſſa ac in furno decoqto.Hunc ego hoſtibus apponerē adeo pernicioſus eſt.

¶Cotonea in paſtillo Cap.CCCIX.

COtoneis mundis & excauatis medullā uitulinā aut bubulā indes cū cynnamo & ſaccharo.Hæc circa paſtā duces addito ſale,coqueſq; in furno lēto igne.Ante cibū ſumpta ut aluum ſtipticāt,ita poſt cibum cient, & uapores a cerebro dimouent.

¶Cōcretum amygdalinum ieiunio. Cap. CCCX.

AMygdalas bñ tūſas,ſacchari uncias duas,& aq roſaceæ tātundē addes.Infundes itē ex lyco,aut tincha parū iuris, ne nimiū ſit ſalitū caueto. Tranſmittes hæc oia p ſeta ceū in patinā,ſineſq; p noctē qeſcere,mane ɔcretum ut lac reperies, Inuolui itē ſi uoles carice & frōdibꝰ poterit,atq; idē i patinas trāſfer,

ri. Saccharo ſuffundere & aneſo cõdire memento. Par hoc alit, ſtomachũ & pectus lenit epar iuuat, geniturá auget, & ardorem urinæ ſedat. ℂRecocta ficta. Cap. CCCXI.

Librã amygdalar bñ tunſam, ſacchari uncias q̃tuor, aq roſ. unciá uná, mediũ cyathũ ex añ dictis piſcibus, i unũ miſcebis, mixta i formulá p ſetaceũ tráſmittes. In loco frigido p noctẽ aſſeruari debet, ſequẽti die i patinis aut pinacib⁹ ouulis appones. Recoctam dices. ℂButyrum Fictum. Cap. CCCXII.

Librá amygdalar tũſar cũ medio cyatho aq roſ. diſſolues, ac p ſetaceũ dẽſũ tráſmittes ut át meli⁹ ɔſtrigat, aut par fariæ ex hamilo, aut dimidiũ cyathũ iuris ex lyco addes. Sacchari item uncias q̃tuor, & par croci ut coloratior fiat regrit. Hæc oia i uas ad id aptũ noctu ides, mane ſi i loco humido reſederit, ɔcretũ iuenies. A ſupiorib⁹ nil differt. Hoc germanicus nr̃ negat eſſe ſuaue, qa nõ ungit. ℂOffa Canabina. Cap. CCCXIII.

Semen canabinũ ita coctũ ut iá corticẽ diſciſſam oñdat, in mortario cũ amygdalis mũdis bñ teres, tritũ diſſolues i aq̃ recẽti, tráſſereſq in cacabũ p ſetaceũ excretoriũ. Efferueat parũ cũ modico ſalis & ſacchari neceſſe ẽ. Addẽdũ & pip ſi id quoq placet. Ebulliat iterũ parũp neceſſe ẽ. Bucellas panis par toſtas p̃parabis, indeſq hoc cibariũ in patinas, bucellas ipſas táq̃ tabulata q̃dá extendes. Tris aut q̃tuor ordines ex his facies, Aromata poſtremo dulcia p̃ſertim parũp ſup aſpges. Fugiẽdũ hoc penit⁹ ẽ. Ná & male alit, & faſtidiũ ɔcitat, & dolorẽ i ſtomacho i iteſtinis gñat, atq oculos hebetat. ℂDiriola. Cap. CCCXIIII.

Cruſtulũ facito, ut i paſtillo dixi. Huic duo uitella ouorũ bñ diſfracta, lac, cynnamũ ſaccharũ ides, tádiu ad focũ miſcebis, donec ɔcreta fuerit. Laudaẽ a Caſſio, nec imerito qdẽ, multũ. n. ac bñ alit, pthyſicis & ethicis ɔfert Stomachũ epar renes iuuat, gẽiturá auget, ac corp⁹ obeſat. ℂDiriola i ieiũio. Ca. CCCXV.

Amygdalas bñ tunſas cũ cynnamo ſaccharo & aq̃ roſ. diſſolues, coqueſq eo mõ quo & ſupiorẽ. Addẽdũ tñ ut ɔcretior

ſiat hamili paꝝ,bñ & hoc alit,pectus lenit,renib⁹ &epàti opitulaẗ,genitură auget,& ardorẽ urinæ ſedat. ¶Caſeus Frict⁹.Ca.CCCXVI.

TEſſel as caſei pinguis nec plane ueteris, nec plane noui in patella ad id apta cũ butyro aut liqmie ſuffrigito. Vbi teſſellæ eẽ icipiẽt uoluito, ac ſtatim eximito, ſaccharo & cynnamo aſpgẽdæ ſũt & calidæ adhuc edẽdæ. Alr, bucellas panis bñ utrinq; toſtas i patellá p ordinẽ collocato, teſſellaſq; caſei tãq̃ i tabulatũ extẽdito. Ad focũ poſitã textu opito, Liq́factũ caſeũ ſaccharo cynnamo gingiberi aſpgito, atq; ſtatim edito, ſi eẽ malá rẽ uis. Diſſicillime.n.cõcoqtur, & male alit. Oppilationes & lapidem generat.

¶Rapum Armatum. Cap.CCCXVII.

VOluere qui gullam uallatam habent, id rapum armatum dici quod caſeo tanq̃ lorica & thorace inuoluitur, quaſi eorum baratra ingreſſura nequaq̃ ſine armis tuta uideantur. Verum quid prodeſt quod ad tutelam inuentum eſt, id totum ad perniciem raporum uertitur, eum malint guloſi tanq̃ fortiſſimi in popinis athletæ armatũ hoſtem, q̃ inermem deuorare. Rapam uel elixam uel ſub cinere coctam in teſſellas concides. Item etiam facies de caſeo ſubrecenti & pingui. Subtiliores tamen hæ ſint, q̃ quæ ex rapis. In patellam butyro aut liquamine unctam. primum tabulatum ex caſeo facies ſecundum ex rapis, & ſic deinceps, aromatum aliquid aut butyri continuo infundendo cito hoc pulmentum coquitur, cito etiam edendum eſt. Sed cum ſit pnicioſum & uoraciſſimo Domitiano apponatur.

¶Offa inaurata. Cap.CCCXVIII.

BVcellas excauati panis utrinq; parũm torreto. Toſtas ex aqua roſacea in qua & oua diſfracta, & ſaccharum tritum inſit mollefacito. Inde exemptas in patella cũ butyro uel liquamine late frigito, ne ſe contingant. Frictas & in patinam tranſlatas, ſaccharo, aqua roſacea croco colorata conſpargito. Hoc. M. Antonio placet, nec immerito. corpus obeſat, epar & renes iuuat; uenerem ciet.

¶PLATYNÆ LIBER NONVS.

¶De Offellis quas uel frictellas licet appellare. Cap. CCCXIX.

FRictella a fricto dici nulla rō obſtat.Frigunt.n.hæc eſicia,un̄ a frigēdo ſumpſere nomē, Male.n. nobiſcum actū eſſet, ſi qđ ex ꝯſuetudine i frequētē uſum trāſlatū eſt ad latitudinē traduci nō poſſet. cū id & quadret,& analogiā ſapiat. Iniq ꝑfecto in noſmetipſos ſumus,ſi id mala ꝯſuetudīe ac ptinacia potiꝰ facere ꝓhibemur,ad qđ natura & lege impellimur. Quis.n.nō ꝓpagari ſuū genus uelit? Quis itē qđ abūdātiſſimum cupiat, reſtringi, & ad extremā maciē deduci gaudeat? Pedagogoꝝ & inuidioꝝ hæc eſt ꝯſuetudo,ut id q̄tū ſit laudabile in alio improbēt, qđ ipſi attingere nequere.Habuit unaquæq; ætas qđ latinitati adhæret. Licuit ut ait horatius ſemperq; licēbit ſignatū ꝑſente nota deducere nomē.Scio pleroſq; oblatraturos in me,ꝙ ego noua nomina hoc meo ſcripto introduxerim.Veꝝ his ego ut Herculē quōdā latrāti Cerbero feciſſe aiūt, offas p̄pingues obiiciā,q̄bus ut rabidi & famelici canes inhærētes a me tantiſper ad edacitatem caninos morſus conuerterent.

¶Fritelle ex ſambuco. Cap. CCCXX.

CAſeo trito tum ueteri,tū recēti,farinæ paꝝ.Ouoꝝ albamenta q̄dam,lactis aliqđ,ſacchari pluſculū addes.& ſimul i eodē mortario ꝯteres. Tritis e mortario & in catinū trāſlatis flores ſambuci integros ſupaſperges & miſcebis.Hāc ꝯdituram, aut manu aut cochleari, aut aliq̄ alia formā in patellā inditā ubi optimū liq̄mē uł butyꝝ uel oleū ferueat coquito.Calide edant neceſſe eſt.Ex cōpoſitiōe qđ profit obſit ue,dep̄hēdes.

¶Frictella ex albamēto ouoꝝ poline & caſeo recēti. Cap.CCCXXI.

OBſeruabis ea omnia ,quæ paululo āte dixi:excepto lacte,& flore ſambuci.Hoc & ſuperiore in ſalubrius.

¶Frictella ex concreto lacte. Cap.CCCXXII.

LAc concretum per denſum ſetaceum tranſigat facito Serū quod exprimetur cum farina,albamento ouorum,ſaccha-

ro aqua roſ.pmiſceto. Mixta cochleari paulatim in patellá ex liq̃mie, aut butyro feruentem indito. Lædunt hæ neruos & oculos.

¶ Frictella ex Riſo. Cap.CCCXXIII.

RIſum cũ lacte coctũ in frictellas eo mõ rediges, quo & ſuperiora, excepto dũtaxat caſeo lacte.

Frictella ex Saluia. Cap. CCCXXIIII.

FArinã cũ ouis ſaccharo cynnamo ac croco diſſolues & ſubiges. Huic folia ſaluiæ integra, & q̃tũ uis lata indes, ac delibuta in patella ex liq̃mine aut oleo paꝝ friges. Alit hoc, & neruis opitulat̃, & ſi tarde cõcoq̃tur, ac oppilatões inducit.

¶ Frictellæ ex pomis. Cap.CCCXXV.

TEſſellas ex pomis mundis, & excauatis factas in liquamie aut oleo paꝝ frigito, in tabuláq́;, ut exiccent̃ extendito. Inuoluta deinde in tali cõditura, qualem prædixi tunſum frigito. Si ex hoc delinges malam rem te eſſe ſcito.

¶ Frictellæ ex lauro. Cap.CCCXXVI.

FOlia lauri in liquamine aut oleo fricta, in orbẽ, ut exiccentur extendito, ſicca eo modo quo ſaluiam dixi rurſum excoquito, atq; edito ſi tumore alui laboras, nam flatum ſoluit.

¶ Frictellæ amygdalinæ. Cap.CCCXXVII.

a Mygdalas bñ mundas & tritas p ſetaceũ cũ lacte & aq̃ roſ. tráſmittito. His itẽ pulli elixi, pectus ſeorſum tunſum, addita farina, duobus aut tribus albamentis ouoꝝ ſaccharo bñ admiſcebis, Cõditurá uti uolẽs uel liq̃mine uel oleo friges Multum alent, tarde cõcoq̃nt̃ epar iuuabũt, uenerẽ excitabunt, corpus ſucci plenũ reddẽt. ¶ Frictellæ ex ſambuco I ieiunio. Cap.CCCXXVIII.

a Mygdalas tunſas aut nucleos pineos ex aqua roſ. aut iure piſorum diſſolutos per ſetaceum in catinum mites huic parum fermenti, flores ſambuci, polinis quantum ſat erit indes miſcebiſq;. fieri hæc cõditura, q̃ mane uſurus es ueſperi oīno debet. Quo frictellæ ſpõgiores fiãt. Sũt q mane paꝝ ſacchari indunt, & frigant quo uelint mõ. Ad tollendum urinæ ardorẽ ualere putantur.

¶Frictellæ amaræ. Cap.CCCXXIX.

POlinē & fermentū cū herbis amaris ac minutatim cōciſis ueniente nocte diſſolues. Mane ficos ſiccas fruſtulatim cōciſas, uuā paſſam indes admiſcebiſq;. Nō ſit admodū tenera hæc cōditura, frictellas coctas ſaccharo: & melle ſuffundes. Alere multū nō putant. Epar tñ iuuāt, tumorē ex aluo pellū. Pituitam conſumunt. ¶Frictellæ ex riſo. Cap.CCCXXX.

RIſum bñ coctū ac in tabulato extenſum, ut nimiū humorē emittat, ſi uoles tundito. Amygdalaꝝ itē tunſaꝝ q̄tū ſat erit addito. diſſolutoq; cū aq̄ roſ. ac iure decocti riſi, His poſtea farinā & ſaccharum admiſceto mixta uti uoles in oleo friges. ¶Frictellæ ex pomis. Cap.CCCXXXI.

POmis elixis aut ſub cinere coctis ac tunſis ablato cortice, & excauato interiore præduro, modicū fermēti, farinæ, ſaccharí admiſcebis, & frictellas in oleo friges, q̄s certe ex cōpoſitōe noxias dep̄hendes. ¶Frictella ex ficis. Cap.CCCXXXII.

AMygdalis aut nucleis pineis bñ tunſis, uuā paſſam cū duobus ficis cōciſam, paꝝ petroſelini, modicū uuæ paſſæ integræ, cū aromatibus addito, & admiſceto. Hanc impenſa ſi durior ac ſpiſſior uidebit̄, cū aq̄ roſ. diſſolues, indeſq; ī ficos ſiccas & ſupter aptas. Farina primo aſpergi, ac deinceps in oleo coq debent. Bene hoc alit, epar & renes iuuat, geniturā auget, diuidū ſanguinē generat, tarde tamen concoquitur, & pediculos facit.

¶Frictellæ ex piſcibus. Cap.CCCXXXIII.

PVlpa piſcis bñ elixi, ac tūſi cū ſucco amygdalino cū aq̄ roſ. diſſoluito addito ſaccharo, & poline. Frictellas deiñ ī q̄uis formā redigito. Quæ q̄dē difficultati mīgēdi tm̄ medent̄, in cæteris uero obſūt. ¶Frictellæ ī formā piſcis. Ca.CCCXXXIIII.

AMygdalas bñ mundas, uuā paſſam ſacchaꝝ ſimul tundito, tunſis uuā paſſam, ſacchaꝝ petroſelinū, paꝝ amaraci bñ cōciſi, paꝝ croci admiſceto, Paratā habebis ſubactā farinā ad modū ſubtilē & in fruſta diuiſam, q̄bus ip̄ēſam piſcis formā rediges.

Sunt q̃ hoc agant ligno in formã piſcis excauato. Coq hoc pulmẽtũ ex oleo uel ſecus in patella põt. Nec multũ a ſupioribus differt.

Liter amygdalis tũſis cũ ſaccharo & in aq̃ roſ. diſſolutis farinã ſubactã pura aq̃ & ſaccharo admiſceto. Frictellaſq; in formã piſcis redigito. Verum hoc ſine liquamine uel oleo coqui omnino debet.

Liter amygdalis tunſis, aut nucibus aut nucleis pineis cũ uua paſſa ac ficis ſiccis ptunſi. Lac piſciũ aut iocuſcula. parũ petroſelini, & amaraci minutatim cõciſi. Aromatũ aliqd croci minimum addes.

¶Mixta hæc in frictellas rediges. Cap. CCCXXXV.

Liter riſum bñ elixũ cũ amygdalis tundes ac in catinũ p ſetaceũ tranſmittes. Diſſolutũ ex aq̃ roſ. ſaccharo & hamilo aſperges. His paſtilli formã ſi uoles dato.

¶Frictellæ uentoſæ. Cap. CCCXXXVI.

Olinem cum aqua ſalis & ſaccharo ſubigito, & in paſtam non nimium duram, admodum ſubtilem extendito. Formam deinde ad id fabrefactam, aut ore cyathi conciditọ. Dum turgetur frigeſcet, nec intus quicquam erit.

Liter impenſæ, quam præpoſuimus, dum de frictellis lactis concreti loqueremur. Ramuſculos feniculi floridi indes, admiſcebiſq;, ac ſtatim eo modo friges in liquamine aut butyro oleoue.

¶Paſtinacæ Frictæ. Cap. CCCXXXVII.

Ene mundas & eneruatas elixabis, inde farina inuolutas friges in oleo uel butyro. Parum hæ nutriũt. Tarde concoquuntur, urinam ꝓuocant, & menſtrua. Hydropicis proſunt, tormina ſedant.

¶Oua quouis modo cocta, ac de agitatis & confractis primo. Cap. CCCXXXVII.

Va cũ modico aq̃ & lactis bñ agitata & cõfracta aut tudecula aut cochleari caſeo trito cõmiſcebis. Mixta ex butyro uel oleo coques. Suauiora erũt, ſi & parum cocta & dum

coquuntur nunq̃ uoluta fuerint. Herbacei coloris ſi uoles his bletæ, petroſelini pluſculũ ſucci bugloſſi, mẽthæ amaraci, ſaluiæ paꝝ addes.

Aliter eaſdẽ herbas ↄciſas, & frictas modicũ in butyro, aut oleo, ſupiori ipẽſæ admiſcebis, ac coques. Nutriũt hæc, tarde concoquuntur, epar iuuant, oppillationes & calculum generant.

Oua frictella. Cap. CCCXXXIX.

IN patellã feruẽtẽ oleo aut butyro oua recẽtia & integra abiecto putãine indes, lẽtoq; igne decoques, oleo ſemp ꝑſertim cochleari aut rudecula ſuffundẽdo. Vbi alba eſſe ceperint, cocta ſcito. Riſum nobis mouet Ceculus dum hæc ſtudioſe parat adeo allucina bũdus patellæ inhæret, durioris concoctionis propter fricturam hæc putant medici.

Oua Elixa. Cap. CCCXL.

IN feruẽtẽ aquã oua recẽtia abiecto folliculo indes. Cõcreta ubi erũt ſtatim eximes, tenella eſſe debẽt, ac ſaccharo aq̃ roſacea aromatibus dulcibus: acreſta, aut ſucco malarãci ſuffundes, Sunt qui & tritum caſeum inſpargant, quod nec mihi nec Phoſphoro placet, qui tali edulio per ſæpe ueſcimur. Sine caſeo enim optimum, ac ſuauiſſimum eſt.

Aliter oua in lacte aut in uino dulci coques eo mõquo ante. Verum de caſeo nulla fiat mentio plus alit hoc, & ſi phlegmonẽ ſanguinẽ ducit.

Oua Fracta. Cap. CCCXLI.

OVa recẽtia diu coquẽdo dura facies, ablatis deinde putaminibus, ouũ ipſum ita p mediũ ſcindes, ut nullibi albamentũ cõminuatur. Exẽpta uitella partim cũ bono caſeo, tũ ueteri, tũ recẽti & uua paſſa ↄtũdes, partim reſeruabis ad pulmẽtũ colorãdũ. Paꝝ itẽ petroſelini, amaraci, mẽthæ minutim ↄciſæ addes. Sunt qui & duos albores ouoꝝ, aut plures cũ aromatibus indãt, Hæc ipẽſa albamẽta ouoꝝ repleta & ↄcluſa, lẽto igne in oleo friges. Frictis more tũ ex reliquis uitellis uua paſſa ſimul tũſis, ac ex acreſta & ſapa diſſolutis addito gingiberi, chariophilo, cynnamo infundes, efferueantq; paululũ cũ ipſis ouis facies. Hoc plus mali in ſe habet q̃ boni.

¶Oua in craticula. Cap. CCCXLII.

OVa tūſa in patellā calidā extēdes & coques donec cōcreta plicari quadrifariā poſſint. Hæc in quadræ modū redacta, in craticulā ad focū poſitā extēdes. Oua deiñ recētia ablatis putaminibus huc indes ſaccharū & cynnamū dū coqͤ ſparges. Cocta ꝯuiuis appōes. ¶Oua in ueru. Cap. CCCXLIII.

VEru bene calefacto oua per longum tranſfiges & ad ignem ac ſi caro eſſet torrebis. Calida ſunt edenda Stolidū inuētum, & coquorum ineptiæ ac ludi.

ALiter Oua recētia in cinere calido diligēter ad ignem uolues, ut æqualiter coquantur. Exudare ubi ceperint, recētia & cocta putato, ac conuiuis apponito. Optima hæc ſunt, & cuiuis apponi percommode poſſunt.

a Liter, oua recentia in ollam cum recēti aqua impoſita, ubi parum ebullierint eximito, atque edito. Optima enim ſunt, & bene alunt.

¶Oua fricta florentinorum more. Cap. CCCXLIIII.

i N feruētē ex oleo patellā oua recētia ablatis putaminibus ſigillatim indes, tudeculaqꝫ aut cochleari circūquaqꝫ reſtringes i rotūdū redigēs. Coloratiora ubi eē ceperit, cocta ſcito tenella intus ſint neceſſe ē, Coq difficili⁹ hæc q̃ q̄ ſupra conſueuerūt.

a Liter, oua integra in carbones ardentes coniicito, ac calida donec frangantur fuſtæ percutito. Cocta & exempta petroſelino & aceto ſuffundito. Hoc non faceret Pomponius nr̄, qui temere adeo amiſſis duobus ouis, unde alia emeret & inopiam non haberet. ¶Oua fricta. Cap. CCCXLV.

CAſeū pinguem & tritū, paꝝ mēthæ ac petroſelini ꝯciſi, uuæ paſſæ minimū, modicū pipis tunſi duo uitella oueꝝ cruda ſimul miſcebis. Mixta in oua more florētino fricta, & inde per tenue foramen uitellū exemeris indito, ac iteꝝ frigito, donec farcimen coquatur. Conuoluenda ſæpius ſunt & cocta acreſta aut ſucco malarancii cum gingiberi ſuffundenda ſunt.

¶Oua in paſtilli morem. Cap. CCCXLVI.

FArinã ſubactã tenuẽ admodum facies, extẽſæ tabulam oua recẽtia diſtincta ſpaciis addes, iſpargẽdo ſemp unicuiq; parum ſacchari aromatũ minimũ ſalis. Inuoluta dein ut paſtillos ſolemus, aut elixabis, aut friges, fricta tñ laudabiliora ſunt. Dura fiãt caueto. Oua enim dura mali alimẽti, ac difficillime cõcoctionis habentur.

¶De Boletis & Fungis. Cap. CCCXLVII.

